

MVTII RECCHI

I. C. VIRI PATRITII

Ad vtriusque Siciliæ Constitutionem.

DE CONSIDERATIONE INIVRIAE

Temporis, & personarum. Commentarius.

In quo ferè omnia, quæ ipsam iniuriarum causam respiciunt, perplexa Doctorum congerie reiecta, solis Textibus, Glossisquè breuiter explicantur.

Cum eiusdem Summariis locorum Indice, verborumque omnium locupletissimo.





THEATE,

Apud Isidorum Facium, & Bartholomæum Gobettum Socios. 1607.

SVPERIORVM PERMISSV.

AD LECTOREM.



*I quis petierit amice Lector, quid sibi ex his vult author laboribus vindicare? aut cur utiliorem non sit amplexus materiam? respondeas, nè magno Principi, qui eum iurisdicendi facultate honorauit, ingratus, nève officij onus frustra postulasse videretur: alia autem linguis maleuolis, à quarum nihil est, quod defendat aculeo, commendauit.*



IM-


Impressoris Errata *Corrige.*

f.5.& 7.sepe legitur multa,	lege mulcta,
f.12.n.39.ibi ecceptio,	lege acceptio,
f.17.n.23.ibi fugitus,	lege fugitiuus,
f.46.n.52.ibi vilior,	lege vilioris,
f.96.n.33.ibi Vulpianus,	lege Vlpianus,
f.124.n.47.ibi C.de possessor.	lege Professor.
f.125.n.53.ibi,neque,	lege &
f.152. ibi,de verb.obligatione,	lege de verbor. obligationibus.

Alia autem Lectori beneuolo relinquuntur.



DE



ALPHONSO PIMENTEL

PRINCIPI INVICTISSIMO,

Venauenti Comiti, & in hoc Regno Pro Rege.



Mutius Recchus.



DICASSEM tibi, cui tantum debeo (Illuſtriſſime Princeps) quos in Authentico, atque Inſtitutionibus ab hinc annos treſdecim ex ſolis Textibus, Gloſſisq; Pontificij, Cæſareiq; Iuris hauſeram Commentarios; vt eò magis qui liberiori mea ætate habuerunt exordium, eodem ferè tempore conſummarentur: niſi iu-





ſtis ex cauſis domi ſupprimendos hactenus iudicaſſem. At cum apud Teatinæ huius Vrbis, (in qua aſſeſſoris, poſt multa, fungor officio) Camerarium de Iniurijs manu vacua illatis, ex Principis indulgentia, ius dicendi facultas adſit; ſoleatq; ſæpius inter noſtrã, eiuſdemq; Curiam, eam òb cauſam contendi, Frederici Conſtitutio, DE CONSIDERATIONE INIVRIÆ occurrit, quam nouis (more meo) exornandam Scholijs non àb re cenſui, vt de dicto Priuilegio ratione ductus aliqua pertractarem. Expeditum iam opus tutelarem te Patronum agnoſcit. Quos igitur feraci velut ex agro tua mihi gratia tradito fructus collegi, accipias rogo, gratiq; animi officium intueare, non munus. nàm altiſſimos quoquè Reges conſtat puſillum oblatæ aquæ donum hilari animo ſuſcepiſſe, Vale Teate. 25. Septembris 1607.

AD

DE CONSIDERATIONE INIVRIAE TEMPORIS, ET PERSONARVM.

Tit. XLII.

SVMMARIVM:

1 *Nomina ad quid inuenta.*
2 *Demonstratio fungitur vice nominis.*
3 *Legatum errore nominis, cognominis, vel prænominis legatarij non vitiatur, quoties de persona constet.*
4 *Demonstratio rei satis cognitæ frustrà obijcitur.*
5 *Legatũ errore proprij nominis rei legatæ non dirimitur.*
6 *Hæres vtiliter scribitur vocatus digito.*
7 *Manumissi per nomen officij, aùt artificij dicuntur nominatim libertate donati.*
8 *Nominatim expressum dicitur, quod taliter dictum est, vt dubitari nequeat.*
9 *Filius per nomen filij exhæredatus, quando sit exhæres.*
10 *Odia sunt restringenda.*
11 *Nominis non dolosa mutatio est impunibilis.*
12 *Federicus de quo loquimur quis fuerit.*

13 *Constitutionis præsentis quæ sit intentio:*
14 *Elemosynam dare, & delinquentem corrigere idem est.*
15 *Nocentem absoluens, innocentem tradit exitio.*
16 *Culpa est relaxare vindictam.*
17 *Iniuriam non remittens, non malè agit,*
18 *Laudabile est reum ad Iuditium deducere:*
19 *Rancorem debet quisquè dimittere:*

IMPERATOR FREDERICVS. 2

A FRedericus Diuino prius inuocato prę-
sidio, & omni verborum
1 pompa ommissa. † Ad recognoscendos
legitur homines inuenta esse nomina, nõ
ad aliud· C. de ingen. manum. l. ad reco-
2 gnoscendos, quinimmo † demonstratio-
nem vice nominis fungi, ff si cert. pet. l. certum est, parũ
enim refert vtrum nè proprio quis appelletur digitove;
vel vocabulis ostendatur, modo propriorum loco nomi-
num appellatiua, vel equipollentia subrogentur, quo-
niam experientia comprobatum est, vt & Cic. off. lib. 1.
docet, & Epist. ad Papyr. Per. lib. 9. multas res alienis vo-
cabulis rectius demõstrari, quàm proprijs. Inde est, quòd
3 dicitur † legatum errore nominis, cognominis, agnomi-
nis, vel prænominis legatarij nõ vitiari, quoties de per-
sona constet, d. l. certum, & instit. d. leg. §. si quis in nomi-
4 ne, quia † satis demonstratę rei, frustra obijcitur demon-
5 stratio, ff. de dote præleg. l. 1. §. fin. Inde † errore nominis
pro-

proprij rei legatæ legatum non dirimi. ff. de legat. 1. l. fi quis in fundi vocabulo, nifi in rei quoquè corpore, & appellatiuo nomine erraffe teftatorem contigeret, de quo
6 per glo. in d. l. fi quis in fundi. Inde † hæredem vtiliter fic fcribi poffe, hic mihi hæres efto, cum fit coràm eo, qui oftenditur. ff. de hæred. inftit. l. nemo dubitat, quoniam per indubitabile fignum hæredem demonftrari fufficit, fi à nomine nihil pœnè diftet. ff. eo. d. l. quoties. §. fi quis
7 nomē, nimirum ergo † fi nominatim dicâtur manumiffi, qui officij per nomen, aùt artificij funt vocati, quàmuis proprium illorum nomē dominus tacuerit. ff. de ma-
8 num. teft. l. nominatim, id enim † nominatim fieri dicitur, quòd ita exprimitur, vt nequeat dubitari. ff. de lib. & pofth. l. 1.

9 In odiofis autem receptum eft † eatenus filium per nomen filij exhæredem fcribi poffe, quatenus vnicus
10 reperiatur, nàm fi plures effent, vt † odia reftringerentur de reg. iur. in 6. c. odia benignè à plerifq. refponfum eft nullum exhæredatum effe ff. de lib. & pofthu l. 2. vbi
11 gloff. verf. nullum. Sequitur ex his, quòd † ficuti nominis recognofcendi fingulos libera eft impofitio, ita illorum mutatio, non debet effe periculofa. C. de mutat. nom. l. vnica, nifi dolosè id fieri contingat, quia tunc pœna falfi cohercecetur. ff. ad l. Corn. d. fal. l. falfi nominis.

Ad rem igitur, fuperflua ex prædictis, etfi videretur
12 quæftio, † quis ifte Fredericus Secundus fuerit? non tamen eft, cum non omnes fint hiftoriarum periti. Vnde illum fuiffe fcias, qui à Gregorio Nono pro fuis exceffibus anathematis vinculo innodatus, ab Innocentio IIII. fuit nè dum Regno noftro Siciliæ, fed etiam Imperio priuatus, vt latè notat tex. & ibi glo. de fent. & re iud.

in 6. cap. ad Apostolicæ, Constitutiones verum tamen quibus in Regno vtimur, ante prædicta factas testatur Marinus eiusdem glossator in prohemio in principio.

Summa itaq; ea est, & principalis cõstitutionis inten-
13 tio, vt † iniuriã inferens puniatur, nè ad maleficia temerè quisque prosileret. C. de pœn. l. si operis. ff. ad l. aquil. l. ita vulneratus in fin. sicut expedit. ff. de pact. l. si vnus, §. pacta, quę turpem, sicut ipsa suadet ratio. ff. de fideiuss.
14 l. si à reo. §. fin. ff. depositi. l. bona fides. Nimirum si † elemosynam dare, & delinquentem corrigere parificentur, quia malorum pœna speties est elemosynæ. 50. distinct. cap. tria sunt, & cap. & qui emendat. Caueant er-
15 go, qui reos non castigant, cum possunt, † nàm innocentem tradit exitio, qui nocentem absoluẽdum putat, quia filij, aùt coniux lacrymis depræcantur. 45. distinct.
16 cap. sed illud, & 23. quæst. 4. cap. est iniusta, † culpæ enim adscribitur relaxare vindictam. 28. distinct. cap.
17 quia sunt culpæ. Ex quibus infertur † nõ malè agere, qui inlatam sibi iniuriam non remittit, (etsi periculosum sit) atquè vlciscitur accusando glo. 23. quæst. 4. cap si is qui vers. possumus, & gloss. 90. distinct. cap. si quis contrista-
18 tus. vers. satisfaciente in fine, quoniam † laudabile est reum ad iudicium deducere. C. de Episc. & Cler. l. si quis in hoc, & l. nulli in fine. C. locato, & conduct. l. fin. in fine, auth. de non alien. in fin. §. laudabilis, vbi gloss. vers.
19 laudabilis † rancorem tamen animi quilibet tenetur dimittere, vt d. vers. possumus, & vers. satisfaciente.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Constitutionis diuisio.
2 Constitutio, quæ contineat.
3 Criminum varietas pœnarum inducit varietatem.
4 Pœna secundum tempus delicti imponitur, non sententiæ.
5 Persona mutata, mutatur ius.
6 Magistratū offendens, acrius, quàm si priuatū punitur.
7 Consilij mutatio in alterius detrimentum non licet.
8 Pœna quid sit.
9 Pœna differt à multa.
10 Pœnæ nomen generale est omnia delicta cohercens.
11 Multæ animaduersio est tantum pecuniaria.
12 Pœna non irrogatur nisi specialiter sit imposita.
13 multa quandoquè pro certa pœna est.
14 multæ dicendæ ius, qui habeant. (doq;
15 multa damnum famæ non irrogat, in pœna secus est quan
16 Appellatio datur ab exequutione multæ.
17 multa imposita remittitur propter inopiam, & quando idem sit in pœna.
18 Es non habens luat in corpore.
19 Rescripto quando de facili obtemperandum non sit. (na.
20 multa vltra legē imposita, est ipso iure nulla, secus est in pœ-
21 multa soli Fisco datur, pœna quandoquè etiam actori.

Pœna.

22 *Pœna quandoque capitur pro vsura.*
23 *Pœna idem est, quòd fraus.*
24 *Pœna patitur si contractus reddatur nullus.*
25 *Pœna qualiter accipiatur in tex.*
26 *Pœnam furor excludit.*
27 *mala, quæ sint.*
28 *Furiosus satis furore punitur.*
29 *Afflictio addi non debet afflicto.*
30 *Pœnam deceptus euadit.*
31 *maritus vxoris consanguineam cognoscens, debitum sine peccato ab vxore non petit.*
32 *Ignorantia probatur per iuramentum.*
33 *Adulterium sine dolo non committitur.*
34 *Aetas excusat a pœna.*
35 *Pœna quibus in casibus non obtineat.*
36 *Dictio, super, quid significet.*



Arietates *b* pœnarum *c* super *d* cō-positionibus.

1 † Constitutio ista in quatuor partes diuiditur. In prima enim mandat ius commune seruari in ęstimatione iniuriarum, in secunda dat formam qualiter iuret passus, atque taxet Iudex in tertia appellādi facultas datur, in quarta, & vltima Iniuriæ taxa diuiditur, Secunda ibi, & sic omnibus, Tertia ibi, ap-

pella-

pellationis remedio, Quarta ibi, illud etiam noftræ. Hoc
2 dicit in fumma. † Aeftimatur iniuria fecundum ius cõmune, iurat paffus, taxat Iudex, grauatus appellat, condemnatio pro tertia paffo acquiritur, pro reliquis domino iurifdictionis.

3 B Varietates † Criminum varietas pęnarum inducit varietatem, de pœnit. dift. 1. cap.
4 pœnæ. vbi gloff. verf. iniuriarum, ideòquè † quoties de delicto quæritur, non ea imponitur pœna, quam rei conditio eo tempore, quo fententia fertur admittit. fed quã fubftineret, fi eo effet tempore fententiam paffus, cum deliquit. ff. de pœn. l. 1. mutari nàmquè folent persona-
5 rum cõditiones poft delictum, & † mutata perfona, mutatur ius, aliter enim eiufdem ex facinoribus puniuntur ferui, aliter liberi, de pœniten. diftinct. 1. capit.
6 aùt facta, † aliter qui in extraneum, quàm qui in dominum, parentemuè delinquit, in magiftratum, vel in priuatum, arg. C. de iniur. l. attrocem, & ff. de re milit. l. om-
7 ne delictum. Cæterum † in alterius detrimentum confilij varietatem non licere, aliaque ad variationis materiam, qui cupit, gloff. adeat in cap. quod femel placuit. & cap. mutare confilium de reg. iur. in 6.

C Pœnarum fed quare non dixit multarum? duplici de caufa refpondeo. Primo quia
8 † pœna noxæ vindicta eft. ff. de verb. fignif. l. aliud 131.
9 Secũdo quia † in mulctis pœna differt à multa, † pœnæ
10 enim nomen generale eft, omniumque delictorum cohercio, nec folum pecuniaria. Verum etiam capitis, &
11 æftimationis irrogari folet, † mulcta autẽ fpecialis peccati, eiufque animaduerfio non nifi pecuniaria effe põt.
12 Item † non irrogatur pœna, nifi lege fpecialiter fit impofita,

posita, mulcta verò ex eius venit arbitrio; qui multam dicit,dicta l.aliud.Nec impugnat. C.de Episcop. aud.
13 l.2.& C.ne lic. pot. l. fin.vbi † mulcta ponitur pro certa poena, quoniam impropriè id intelligitur, vt dicit glo.in d.l. 2. verf.mulctam,& in l.si qua poena.244.ff.de verbor.signgif.verf.dicat,quãdoquè & ita labeonis vox accipitur,si qua poena est,mulcta est,& èõctra,vt in d.l.
14 si qua.Item † his datur mulctæ dicendæ ius, qui ordinariam habent iurisdictionem,non delegatam, ff.de iudic. l.2.in fin. Poenæ autem omnibus quibus delicti compe-
15 tit exequut. d.l. aliud in fine.Item † mulcta damnum famæ non irrogat.C.de modo mult.l. 1. poena plerumquè
16 sic.ff.de his,qui not. infam.l. 1. Item † à mulctæ exequutione datur appellatio.C.de appell.l.& in multis, & C. quando prouocare non est necesse.l.certa,non autem ab exequutione poenæ.d.l.si qua poena,vbi glo. verf.de pœ-
17 na.Item † propter inopiam imposita mulcta remittitur. C.de modo mulctar.l.fi.in fin.& ff.de off.præsid.l.illicitas.§. fin. poenam aùtem sua dictam sententia Præsidi Prouintiæ reuocare non licet.C.de poen.l.poenam, ff.de
18 re iudic.l.quòd iussit,& l. Paulus respondit, vt sic † qui in ære non habet,luat in corpore,ff.de poen.l. 1.§ fi.nisi poenam remitti Principis rescripto mandetur. ff. de re
19 iudic.l.acta.§.de amplianda, † Cui quidem de facili ea in re obediendum non est,cum generali iuri,naturaliquè æquitati videatur aduersum. C. si contra ius, vel vtilit. publ.l.fin.& C.de petitio.bonor. sublat. l. 1. nisi dixerit tali lege non obstante. ff. de leg. 3. l. si quis in principio testamenti,& auth.de testam.imperfect. §.poen. coll.8. tametsi alij,(& forsan melius)id non exigant,sed ex certa scientia sit,vel ne concessum distinguant.arg.ff.si quis

cautio.

cautio. l. sed etsi quis. §. fin. & notatur. C. si contra ius. l.
20 fin. in glo. Item † mulcta vltra legis metã imposita, ipso ipso iure est nulla. C. quando prouoc. non est necess. l. certa ratione, secus est in pœna, vt si ex furto non manifesto in quadruplum Iudex condemnauerit. ff. de his, qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna, & notat glo. in d. l. certa
21 ratione, vers. non tenere. Item, & tandem † soli Fisco datur mulcta. C. de modo mulct. l. mulctarum. Pœna àutem plerumquè etiam actori, vt in hac Constitutione dicitur. ibi. Quod in condemnationem deuenerit, & deinde. Tertiam partem omninò habere debere, Nimirum si potius vtatur tex. de pœnarum vocabulo, quàm mulctarum.

22 Hinc infero, quòd etsi pœna quãdoque capiatur pro vsura, vt ff. de negot. gest. l. debitor in fine. ff. de reb. cred. l. lecta, vbi glo. vers. pœnæ, quæ quidem in effectu idem est, quòd interesse. ff. de eo, quòd cert. loco l. fin. & ibi gl.
23 vers. ex pœna. † Quandoque pro fraude, capitalẽ enim fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter quòd capite puniendum sit. ff. de ædil. ædict. l. cum àutẽ.
24 §. excipitur. † quandoque pro annullatione contractus. ff. de contrah. empt. l. Senatus, & ibi gloss. vers. duplum,
25 nihilominus in tex. Constitutionis † pronoxæ vindicta sumitur, vt ff. de verbor. signif. l. aliud. 131.

Sciendum tamen est multa esse, quæ pœnam eiciũt,
26 videlicet. † Furor, cum reus constitui non possit, qui ne-
27 scit, quid faciat, † mala nàmque nõ sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. 15. q. 1. cap. aliquos, & cap. illa cauenda, & 3. q. 9. cap. indicas
28 in fine, ideoque dicitur † furiosum satis furore puniri. ff.
29 de off. præsid. l. Diuus Marcus, quia † addi afflictio affli-

cto non debet. C. de Episc. audien. l. tàm de mentis, &
30 glo. in d. l. Diuus in princip. Item † deceptio, si fortè
quis alterius dolo deceptus, quid commiserit, in lectum
(puta) mariti, absente vxore soror iuit vxoris, quam ille
vxorē putans cognouit, si per veram securitatem, se in-
scium scelus cōmisisse probauerit, impunè, & sine pec-
cato poterit ad vxorem accedere, 34. q. 1. & 2. cap. in le-
31 ctum, alioquin † si sciens fecisset, non vtiquè debitum
peteret sine peccato. ex. de eo, qui cogno cōl. vx. suę c. 1.
Sed quæ vera erit securitas? dico si vxorem credidis-
32 se iuret. 35. q. 2. & 3. cap. extraordinaria † cum ignoran-
tia per iuramentum probetur de sent. excommun. cap.
si verò, de homicid. c. significasti. gl. in d. c. in lectū, vers.
33 per securitatem, inde dicitur † sine dolo adulterium nō
committi. ff. ad l. Iul. de adult. l. pen. prout nec stuprum.
C. eo dicto. l. eum qui, & notat gloss. in d. l. pen. vers. non
34 committitur. Item ætas, quia † impubes non doli capax
siuè pulset, siuè conuitium dicat, iniuriam fecisse non vi-
detur, ideòq; iniuriarum in eū agi non poterit. 15. q. 1.
cap. illud relatum. Solent, & alia quàm multa pœnam
35 ipsam, aùt in totum, aùt in partem tollere, vt sunt † ca-
sus, locus, æbrietas, error, mandatum, voluntas, repro-
bata consuetudo, & similia, quæ breuitati consulens
ommitto.

D Super † Dictio ista indefinitam habet locutio-
36 nem, sic extra de dolo, & contumac. capit.
2. §. verum quoniam, quandoq. tamen ponitur pro vl-
tra, vt ff. solu. matrim. l. diuortio. §. item si locatio, quan-
doque pro præter, vt ff. de peric. & comm. rei vend. l.
habitationum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pluralis loquutio duorum numero verificatur.*
2 *Iniuria sumitur in genere, & specie.*
3 *Peccatum est, quòd ex fide non est.*
4 *Qui non est mecum, contra me est.*
5 *Iniuria multipliciter sumitur.*
6 *Iudex dicitur iniuriam facere dum non iure pronũtiat.*
7 *Facere dicitur, qui non facit.*
8 *Malum facit, qui ad bonum non studet.*
9 *Transfuga est, qui redire cum possit, non reddit.*
10 *Offendere, & non protegere cum possit, idem est.*
11 *Seruus punitur domino opem non præstans cum posset.*
12 *Facto qualiter fiat iniuria.*
13 *Verbis fieri iniuriam, quando dicatur.*
14 *Conuicium absenti, fit & præsenti.*
15 *Conuicium facit, etiam qui alios concitat.*
16 *Iniuriarum tenetur percutiens, & qui id fieri curat.*
17 *Deicere dicitur, qui deici mandat.*
18 *Seruum, vt malum faciat inducens qualiter teneatur.*
19 *Mandatum rei turpis non datur.*
20 *Iniuriarum nemo tenetur quámuis mandet, conuitio non sequuto.*
21 *Conatus non officit, iniuria non sequuta.*

22 *Furtum verbo, & scriptura non fit.*

23 *Fugitus nemo dicitur ex solo consilio recepto.*

24 *Locans operas suas, ut cum bestijs pugnaret efficitur infamis.*

26 *Pœna quando imponitur sine delicto.*

27 *Affectus quando punitur sine effectu.*

28 *Literis qualiter fiat iniuria.*

29 *Iniuria est priuati iuditij, nisi libello fiat.*

30 *Pœna libelli famosi, quæ sit.*

31 *Libellum famosum inueniens, si non laceret, sed in aliorum notam producat, punitur morte.*

32 *Libellum infamatorium conficiens, quando morte non puniatur.*

33 *Hominis nomen masculũ, & fœminam regulariter compræhendit, sed quandoq; fallit.*

34 *Masculinum non compræhendit fœmininum in odiosis.*

35 *Hominum appellatione omnes viuentes veniunt.*

36 *Hominis gratia natura omnia comparauit.*

37 *Homines natura omnes sunt liberi.*

38 *Pater primus omnium fuit vnus.*

39 *Deo non est acceptio personarum.*

40 *Conditio qualiter capiatur.*

Iniuria.

I Niuriarum *e* fecundum diuerfas hominum *f* conditiones .*g*

1 E Iniuriarum † Pluralis affertio duorum numero contenta eft.ff.de teftib.l.vbi numerus. ff.de verbor.fignif.l. inter illam,217.dicitur ergo iniuriarum,& non ab re,quia al-
2 tero de duobus modis confideratur iniuria, † in genere, fcilicet, & in fpecie. Primo cafu omne id venit, quòd
3 non iure fit,ff.de iniur.l.1.quēadmodū † peccatum eft, quòd ex fide non eft.C.de iude.l.cælicolarum.dici enim
4 confueuit, † qui non eft mecum contra me eft. ff.de reg.
5 iur.l.qui non facit.Secundo cafu † multipliciter fumitur veluti pro damno culpa dato,vt in l.aquil. dicitur nàm quandoque vtraque concurrit actio, & legis aquiliæ,& iniuriarum,duæque extimationes,dāni vna,altera contumeliæ.ff. ad l.aquil l. fed etfi quemcunque. Item pro
6 iure iniquo, † quoties enim Iudex non iure contra quē pronuntiat, iniuriam inferre dicitur,inftitut. de iniur. in princ.Item pro infaufta voce.ff.de his,quæ vt indign. l.fi inimicitiæ.Item pro contumelia. ff. de obfeq. à lib.l. 1.& ita fumitur in d.l.1.ff.de iniur. & in hac Conftit.

Vidiftis igitur iniuriā facere qui non iure facit,fic &
7 alibi † dicitur facere, qui non facit, quoniam debitor, qui vt creditores fraudaret feruitutibus non vtitur, videtur facere,quòd non debet.ff.quæ in fraud.credit.l in fraudem.ff.de ædil.ædic. l. qui fi fugitiuus. §. idem ait fi
8 feruus,& facit.C.de inceft.nupt.l.qui contra. † Videtur quoque malum facere, qui ad bonum non ftudet. ff.de

liber.

9 liber.agnosc.l.necare. Hinc videmus † pro trãsfuga ha-
beri eum, qui redire cum posset, non reddit. ff. de re mi-
lit.l.non omnes.§.qui captus.ff.de captiu.l. postliminij.
10 § captiuus aùtem, & l.si captiuus, atquè † cum factore
in pari causa haberi eum, qui præpositum suũ non pro-
11 texit.cum posset ff.de re milit. l. omne in fin. Inde † pu-
niuntur serui, qui auxilium domino non dederunt, quo-
ties potuerunt ei aduersus vim opem ferre. ff.ad Syllan.
l.1.§ occisorum. Alios autem casus in quibus quis face-
re iniuriam dicitur, etsi non faciat, habes ff.locat.in l.itẽ
quæritur.§.exercitu ff.de verbor. signif. l. alienationis,
vbi glos.in princip.

Est & alia ratio cur dicitur iniuriarũ in numero plu-
rali, quoniã pluribus infertur modis iniuria. Facto, ver-
bis, & literis, nàm etsi actiones omnes ex delicto proue-
nientes ex re semper oriantur instit.de oblig.quæ ex de-
licto, in princ. illud tamen idem tex. declarat (inquiens)
ex re, ideſt ex ipso malef.

12 † Facto igitur fit iniuria, quoties manus inferantur.ff.
de iniur.l.1.& l.lex Cornelia, & instit.eo.d.§. sed & lex.
13 † Verbis cum non manus, sed voces tãtum adsint pu-
14 tà si conuicium fiat. † quòd quidem præsenti, & absen-
ti fieri posse non dubitatur. ff.eo.d.l.item apud.§.conui-
15 cium aùtem, & § proinde, † nequè is tantum, qui voci-
feratus est conuicium fecisse dicitur, sed & qui alios cõ-
16 citauit d.l.item. §. fecisse, † quemadmodum iniuriarum
tenetur, qui percussit, & qui vt percutiatur curauit d. l.
17 item.§.abduxisse, & ff.eo.d.l.non solũ, † sicuti deiecisse
videtur, qui vt aliquid deiceretur mãdauit.ff.de vi, & vi
arm.l.1.§.deiecisse, & l. idem est. §. cum procur. & ff. de
minor.l.in causæ. 14. §. in summa, ff. de iniur. l.sed si
vnius.

18 vnius. §. feruus meus, † ideoquè de feruo corrupto tenetur is, qui feruum ad aliquid improbè faciendũ in-
19 duxit ff. de feru. corr. l. 1. § perfuadere, † nec obftabit rei turpis mandatum non dari, ff. mand. l. fi remunerandi. §. rei turpis, & ff. de fideiuff. l. fi à reo. §. fi. quoniã ad actionem inter mandantem, & mandatarium pariendã procedit, fecus pro eo, in cuius damnum mandatur.
20 † Quid fi quis curauerit conuicium fieri, non tamen factum eft, nunquid adhuc teneatur iniuriarum? quàmuis dici poffet, quòd fic, quia dabatur opera rei inlicitę, Veritas tamen eft in cõtrarium, per text. ff. de iniur. l. itẽ
21 apud. §. fi curauerit quis, † nõ enim conatus officit, quoties nullum iniuria effectum habuit. ff. quòd quifquè iur.
22 l. 1. §. fin. Hinc videmus † neque fcriptura, nequè verbo furtum fieri, fine contrectatione. ff. de furt. l. fi quis vxori. §. fi quis de manu, & §. nequè verbo, facit. ff. de ope-
23 ris libert. l. ficut. ibi, nullas habeant vires. † Nequè fugitiuum vocari, qui fugiendi confilium accepit. ff. de verbor. fignific. l. fugitiuus. 225. Audi Paulum, eo peruentũ eft, vt nemo ope videatur feciffe, nifi & confilium malignum habuerit, nec confilium habuiffe nocendi, nifi & factum fequutum fit. ff. eo. dicto. l. fæpè ita in fine. 53. Et
24 alibi inquit Caius. † Qui autem operas fuas locauit, vt prodiret artis ludicræ caufa, nequè prodijt, non notatur. quia non ea res eft adeò turpis, vt etiam confilium puniri debeat. ff de his qui not. infam. l. qui aùtem, etfi
25 † fpeciale fit fecus in eo, qui operas fuas locauit, vt cum beftijs pugnaret. ff. de poftul. l. 1. §. beftias.
26 † Sed nunquid pœna imponatur, vbi delictum non eft? varij dixerunt varia, ipfe aùtem fic dicerem. Cogitatio fola fine aliquo actu non punitur. ff. de pœn. l. cogita-

gitationis.ff.de furt.l.1.si sit deuentum ad actum proximum non autẽ sit perfectum delictum, quia delinquens noluit, & tunc ei parcitur. ff. ad l.Corn. de fals. l. qui falsam, vbi glo. vers. percusserit, & ff ad Senat. consult. turpil. l. quæsitum. vers. verbis, si quia non potuit. tunc in attrocioribus de iu. punitur, ac si perfecisset, quoniam in eis, affectus sufficit, sine effectu. C. de Episc. & Cler. l. si quis. C. si quacunquè prædit. pot. l. 1. in prin. ff. de extra-
27 ord. crim. l. 1. † de Consuetudine tamen totius Italiæ, (vt passim obseruari vidi, & audiui) non punitur affectus sine effectu, quòad pœnam delicti ordinariam, secus de extraordinaria, sin verò de attrocioribus non sit, dici posset pœnæ locum non esse arg. ff. quòd quisquè iur. l. 1. in fine, glo. in l. qui ea mente, vers. desijt. ff. de furt & in d. l. si quis non dicam, vers. si quis ita, & vers. attentare.
28 † Literis fit iniuria cum ad alicuius infamiam libellus, famosum carmen, aùt historia conscribatur. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. si quis librum, doloue malo factum sit, quò quid eorum fieret. ff. eod. d. l. 1. Et quàmuis
29 † iniuriarum causa, non publici iuditij, sed priuati quæ-
30 relam contineat. C. de iniur. l. iniuriarum, † hoc tamen casu publica est accusatio, pœnaque capitalis imponitur. C. eo. d. l. vnica. d. l. lex Cornelia. §. fin. & 5. q. 1. cap.
31 fin. adeò quòd si quis talia inueniat, & non laceret, sed in aliorum notam producat, eadem capitali pœna ferietur. d. §. fin. & d. l. vnica, & intestabilis erit. d. §. fin. & ff. de testam. l. is cui in fine, & l. cum lege. Verumtamen
32 † si in libello infamatorio tale descriptum esset delictũ, per quòd is qui infamia notatur, mortis pœnam incurrat, siuè verum dicat, siuè falsum, qui fecerit, mortis erit reus, alioquin iudicantis puniretur arbitrio. gloss.

in d.

in d.l.vnica.verſ.ſi quis famoſum in fine.

33 F Hominum † Nomen iſtud regulariter maſculum, & fœminam compræhendit. ff.de verbor.ſignif.l.hominis. 152. etſi quandoque maſculum tantũ.33.q.5.cap.hæc imago,& facit. C.de pęn.
34 l.ſi quis in metallũ. Nec obſtaret dicere† in odioſis à maſculino fœmininum non compræhendi, vt text. eſt, & ibi dd.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam, & C.de ſeru.fugit. l.quicunquè, ac propterea hãc Conſtitutionẽ fœminas non ligare, quia etſi in narratiuis de homine loquatur, in diſpoſitiuis tamen, dicit de iniuriam paſſo, & iniuriam faciente.

35 Cæterum † hominis appellatione omnes veniunt liberi,& ſerui ff.vi bon.rapto.l.2.§.homines,puberes,impuberes,ſui iuris,& alieni.ff.de lib. hom. exib.l. quod &
36 lex in princ.verſ.hæc verba, † omnium enim hominum gratia rerũ natura omnia comparauit. ff.de vſur. & fructib.l.in pecudũ, nec libertatis ratio, aùt ſeruitutis ha-
37 betur, quia † naturali iure omnes liberi naſcuntur inſtit. de libertin.§.1.& inſtitut.de iure naturali.§.ius aùtem.
38 Cum enim † omnes ab vno eodemq. patre deſcendamus, conſequens eſt dicere hominis appellatione omnes venire cuiuſcunquè conditionis reperiãtur, quem-
39 admodum † apud Deum nulla eſt de libero ad ſeruum differẽtia de coniug.ſeru.cap.1.auth.de monach.§.hinc aùtem nobis.

40 G Conditiones † Stat hic conditio, perſonæ demoſtratiua, qualitatem ſignificans, vtrum quis decurio, an plebeius ſit, an honeneſtę vitæ,& inculpatæ, vel notatus,& repræhenſibilis, an egens, vel locuples, ſic accipitur. ff.de teſtib.l. 3. in

princ.& in omni lege, in qua legatur cuiuscunquè conditionis existat, Sin aûtē ante illā. T. addatur. C. non cōditio, sed condictio sonabit, & ꝓ personę qualitate non capietur, quia actionis esset genus, seù petitionis, vt sūt condictio furtiua, indebiti, sine causa, causa data non sequuta, ob turpem causam, ex lege. Triticaria, aliaquè id genus similia, de quibus particularis est titulus in Pandectis, & Codice.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ad quid hoc loci significet.*
2 *Prauidere quid sit.*
3 *Prauidere qui debet, & non facit, in culpa est.*
4 *Lex noua futura respicit, non præterita.*
5 *Comparatio manus, quando fiat in scriptura priuata.*
6 *Sententia lata secundum ius vigens, si pendente appellatione ius mutetur, erit quoq; secūdū primū ius decidēda.*
7 *Leges priores qualiter ad posteriores habeantur.*
8 *Casus omnes non possunt legibus comprehendi*
9 *Ratio æquitatis non debet diuersas actionis species excludere.*
10 *Disponere qualiter possit persona dicata Deo.*
11 *Lex noua trahitur ad casus præteritos, quoad litis ordinem tantum.*
12 *Vsurarum crimen detestatur.*
13 *Diuinare nemo compellitur.*
14 *Verbum reducere quid significet.*

Ad

D *h* vnitatem iuris cõmunis præuidimus *i* reducendas, *K*

H Ad dicere possem de facili, quàm varias hæc habeat dictio significationes, sed breuitatem amplexus, eam tantum, quæ hũc ad locum
1 consonat, afferam, in quo † adhærentiam significat, sicuti accipitur. in l. lex Cornelia. §. si tamẽ, ibi ad omnem habitationem. ff. de iniur.

2 I Præuidimus † est prǫuidere ante casum occurrere, vnde benè agit Fredericus hic
3 præuidendo, quoniam † qui quòd debet non præuidet in culpa est. ff. ad l. aquil. l. qui occidit. §. in hac quoquè; facit. ff. de off. præsid. l. Diuus Marcus in fin. ad ipsum enim spectat subditorum salutem inquirere, vt fecit Iustinianus. C. de caduc. toll. §. fin. auth. de hæred. & falcid. §. 1.

Sed vtrumnè Cõstitutio ista ad iuris communis vnitatem redacta, ad præteritos trahi possit casus per consuetudines in ea mentionatas decisos, an ad sequentes
4 tantummodo? respondeo, † olim facta pridem positis fuisse subiecta legibus, nec eos ligare hanc, qui antea contrafecerint, nàm lex noua futura tantum respicit nõ præterita, auth. de incest. & nefar. nupt. §. & hoc quidẽ. Quid enim peccauit antiquitas, quæ præsentis legis inscia pristinam est obseruationem sequuta? C. de testa. l. iubemus in fine, auth. hæc constitut. interpetr. propè medium, vbi glo. vers. oportuisset. Hinc in auth. vt factæ nouæ constit. in princ. §. Sancimus, hæc scripta verba leguntur.

guntur. Sancimus igitur ex illo noſtras Conſtitutiones; quæ pro teſtamentis ſunt valere, ex quo in commune factæ ſunt manifeſtæ, & in auth. de Tri. & ſæmiſ. §. ſicut enim natura. Valebit itaquè hæc lex nobis in futuris, & maximè omnium hæc, quoniam earum, quæ dudũ non rectè tenebant, plurima, & emendauit, & explanauit, & quòd præterijt non poteſt ab ea, quæ nondum erat regula ſubijci, facit auth. de adminiſtr. off. §. fin. inde dicitur. Conuenit. ll. futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare. C. de decur. l. pen. in fin. lib. 10. idem ſentit glo. de poſtul. prælat. in 6. cap. 1. verſ. de Cætero, & C. de Sacroſ. Eccleſ. l. Sancimus res in fine, de conſecrat. Eccl. vel Altar. cap. aqua in fine, auth. de nup. in fine, verſ. ſic igitur præſens, & in princ. §. duo igitur hæc præmittãtur. Inde quoties nouum quid ſtatuitur, ita ſolet futuris formam imponere, vt diſpendijs præterita non commendet, de conſtitut. cap. 2. & fin. & 31. diſtinct. cap. ante triennium in princ. ibi, vt à præſenti die,
5 hæc igitur à Iuſtiniano conſiderantur, dum facta lege, † quòd manus comparatio in priuata ſcriptura non fiat, niſi trino ſit authentica teſte, ſubdat in fine, his omnibus in poſterum obſeruandis, vt C. de fide inſtr. l. comparationes in fine, & alibi, leges vt generales ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruẽtur. C. de legib. & cõ-
6 ſtit. l. leges in prin. Hic videmus † latam hodie ſecũdum ius vigens ſententiam, ſi appellatione pendente nouũ ſuperueniat, ſecundum antiquum iudicari, quamuis in nouo iure diceretur, & quòd etiam ad præterita extendatur negotia. text. eſt clarus in auth. vt cum de appell.
7 cognoſcitur in princ. Quod autem inquit Paulus † non eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur, vt
ff. de

ff.de legib.l.non eft nouum,non intelligitur, vt cafus veteres antiqua lege decifi, per nouam irritentur, tùm ex ipfa verborũ vi,ibi, vt priores leges ad pofteriores trahãtur,tùm etiam quia clarum eft leges nouas ad veteres tribus tantum modis trahi.Primo,vt veteres limitentur exemplum eft in C.quando libell.princi.dat.l.1.quæ limitatur nõ femper procedere actiones perpetuari, fed
8 aliquando, vt l. 2. d.tit.Secũdo, vt fuppleãtur † cũ non poffint omnes articuli fingulatim aùt legibus, aùt Setufconfultis compræhendi, fed cum aliqua in caufa eorum fit decifio manifefta, is qui iurifdictioni præeft, ad fimilia procedere,atquè ita ius dicere debet.ff.de legib. l.non poffunt, quòd & Ariftot.fequitur lib. Polyt.1.c.6.
9 † Aequitatis enim ratio diuerfas actionis fpeties excludere nullo modo debet.C.de conftit.pecun.l. fin. Videmus,& iure veteri ftatutum effe,quòd fi feruorum familia furtum fecerit, liberatur domin' femel furtum emẽdans,ne tota familia careret, idemquè ius trahi ad cafum fi damnum dederint.ff.ad l.aquil.l.,illud & notat gl.
10 in d.l.nõ poffunt.Tertio,vt corrigãtur,† Ecce iure Cod. perfona,quęlibet Deo quantumcunque dicata, de propria poterat fubftantia in vltima voluntate difponere. C.de Sacrof.Ecclef.l. generali lege, fed iure nouiffimo Monafterij dedicatiuus ingreffus,dedicãti poteftatẽ aufert,auth.ingreffi.C.eo.d.alięq. poterint huc ll.adduci,p nouiffimum ius correctæ,quas breuitatis caufa ommitto. Nec impugnat C.de vfur.l.pen.vbi ad præterita trahi non ambigitur, quia eam intelligerem quatenus de futuro pendeant,non quatenus de præterito robur, atq. perfectionem receperint,vt fupra cit.auth. vt cũ de appell.cognofcitur in princ. Vis tex.adhoc ad literã,attende,

de, leges, & Constitutiones futuris certum est dare formam negotijs, non ad facta præterita reuocari, nisi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentib. negotijs cautum sit, vt C. de legib. l. leges, & constitutio-
11 nes. † Verumtamen hæc non procedunt nisi quoad litis decisionem, ad quam vt supra dixi lex noua non trahitur, secus quo ad litis ordinationem, & sic intelligo. C. de iure iur. propter cal. l. 2. in princ. & in fin. §. dicti tituli, quòd incipit. sed primum Sacramentum, & notat glo. in cap. licet canon. vers. de cætero, de elect. in 6. & clem. de testam. vbi glo. vers. deputatis. Aduertè nihilominus, quod etsi per lateranēse conciliū reperiatur vsurarios quas ante concilium receperāt vsuras cogi restituere, vt extra de vsur. cap. cum tu, id tamen ob id Papa
12 fieri mandauit, † quia vsurarum crimen vtriusquè testamenti, pagina detestabatur. Vnde ante Concilium aderat prohibitio dicto tit. cap. super eo. verò, nec præterea erat casus decisus, sed decidendus, facit gloss. in clem. vt hi, qui diuinis, de ætat. & qualit. vers. in posterum. Quid igitur dubij præsentem cōstitutionem ad præteritos de-
13 cisos casus per consuetudinem non extendi, † cum nemo diuinare compellatur. ff. manda. l. si fideiussor.

K Reducendas Erat ius commune circa iniuriarū pœnā à consuetudine obumbratū volens propterea, hic Imperator eam ad iuris cōmunis
14 obseruantiam reuerti, loquitur per verbum reducere, † quòd nihil aliud significat, quàm rē ad pristinam causam redire. ff. de itin. actu. priu. l. vnde etiam, §. reficere.

S V M-

SVMMARIVM:

1 *Lex operatur idem quod consuetudo.*
2 *Consuetudo bino actu inducitur infra decemnium.*
3 *Exemplis non est iudicandum.*
4 *Conceditur per obliquum, quòd directo denegaretur.*
5 *Exempla attenduntur in iudicando, & qualiter.*
6 *Usura per decennium soluta debentur in futurum, etiam si de pacto non appareat.*
7 *Dictio omnino, qualiter capiatur.*



Egibus, & Consuetudinibus, *l* quæ super huiusmodi conditionibus hactenus obtinebant, omninò *m* sublatis.

L Consuetudinibus Dixit legibus, addidit consuetudinibus, subiunxit, &
1 deinceps, quæ hactenus obtinebāt, vt videas † idē operare legem, quòd consuetudo, quia legis vim habet, & eam interpetratur. ff de legib. l. si de interpetratione, Non ergo semel iudicatum fuerat secundum consuetudinem, sed bis, iàm quòd constitutio dicit velle tollere
2 consuetudinem, † binus enim actus infra decēnium inducit consuetudinem, C. de Episc. aud. l. nemo in fine, vbi

vbi glo. verſ. conſuetudini, etſi de iure Canon. 40. annorum præſcriptio requiratur. glo. de conſuetud. in cap. fi. verſ. legitimè ſit præſcripta.

3 Sed nunquid dici poſſet † iniuriarum cauſas ſecundum conſuetudinem deciſas nulliter ſe habere, cum videantur ſecundum exempla iudicatæ? contra l. nemo Iudex. C. de ſent. & interl. ff. de off. Præſid. l. ſed licet. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. l. fi. in fi. dico quòd non, cum nō exemplis ſimpliciter, ſed exemplis comprobata cōſue-
4 tudine ſint deciſæ, † concedi enim ſolet per obliquum; quòd directo denegaretur. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l.
5 Ariſto in fine, hinc † attendūtur in iudicando exempla, quæ per receptionem ſunt comprobata de præſum. c.
6 afferte. Vnde † ſi per decennium ſolutas probem vſuras, vtiquè futuræ quoquè mihi debētur, tametſi vſurarum promiſſio non probetur. ff. de vſufr. l. cum de in rem verſo.

M Omninò Expreſſa Frederici volūtas ex his colligitur, vt pœnitus mentionatæ recedant conſuetudines, & iniuriarum pœna, ex iuris communis fonte oriatur, adducta eſt enim huc dictio omninò, cum verbo ſublatis, & ſic videtur negatiuæ orationi coniuncta, † quo caſu exponitur pro omnimo-
7 do, ſic ff. locato. l. in naue Sauphei, in fin. vbi glo. verſ. omnimodò. ff. quod met. ca. l. ſi cum exceptione. §. quatenus, & ff de petit. hæredit. l. ſi poſſeſſor in princ.

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſtatuere quid importet.*
2 *Statuere, & pronuntiare in quo differant.*

Statu-

3 *Statutum facere qui possint.*
4 *Ius non semper prouidet.*
5 *Minorum res sine decreto non alienantur.*
6 *Ecclesiæ res vendi non possunt*
7 *Causæ singulæ sunt singulis vocibus distinguendæ.*
8 *Miles potest post sententiam vti suis exceptionibus.*
9 *Verbum debere qualiter exponatur.*



Tatuimus *n* igitur prouidentiam *o* iuris cõmunis in omnibus obseruari debere. *p*

1 N Statuimus † Verbũ hoc statuere rem perfectam significat, & accipitur. Cum effectu, vt extra de verbor.
2 signif. cap. in his qui. §. attendentes, & quamuis † idem videatur pronuntiare, quod statuere. ff. de verbor. signif. l. pronuntiare. 46. & d. cap. in his, tamen propriè pronũtiare, est inter partes ius dicere. C. de sent. & interloc. l. ex stipulatione, & ff. de re iud. l. 1. statuere verò est generaliter decernere. C. de Episc. & Cler. l. cum clericis. §. statuimus facit. C. de sent. ex breuic. l. statutis.

3 † Facere autem statutum non omnes possunt, sed is tantummodo, qui merum habet Imperium. C. de sent. & interloc. l. nulli. Item Episcopus de consti. in 6. cap. 2. extra de maio. & obed. cap. si quis venerit. Item legatus in sua Prouintia, de off. deleg. cap. vltimo, et intéquè talia

D statuta

ſtatuta perpetua,& ſic etiam poſt obitum ſtatuentis. gl. in d.c.2.verſ.ſtatuto.Item Capitulum modo fuerit licitum,de verbor.ſignif.in 6.cap.conſtitutionem, gloſ. in cap.cum aliquibus de reſcript.in 6.verſ.ſtatutis.

4 O Prouidentiam † Non ſemper ius prouidet, vt hic,quandoquè enim imperat, vt ſeruos confiſcari.ff.ad l.Iul.de adult.l.ſi poſtulauerit.
5 §.quæſtioni,& §.iubet. †Quandoque vetat dum ſine decreto minorum immobilia prohibet alienari. ff. de reb.
6 eor.l. 1.Item † ne res Eccleſiæ vendantur. C. de Sacroſ. Eccleſ.l.iubemus,nequè vtroquè in caſu imperare ſufficiebat,nàm quòd fieri vult imperat, quòd non fieri vetat. † Commodius namque eſt ſingulas cauſas, ſingu-
7 lis appellationibus diſtingui Inſtit.quib.modis teſtam. infir.§.alio quoquè in fi.facit.ff.de ſuppell leg. l. Labeo.
8 §.nō.n.ex opinionibus. Quandoque permittit,vt † militi etiam poſt ſentētiam ſuis vti exceptionibus. C.de iuris,& fact.ignor.l. 1.Quādoque punit, vt toto tit.ff.& C. de pen.quoniā vt ait Modeſtin'legis virtus hęc eſt Imperare,Vetare,Permittere,Punire. ff.de legib.l.legis virt'.

9 P Debere † Verbum iſtud, etſi quandoque volūtatē importet, quia exponitur pro pot.vt C.de pignor.& hypot.l.credit.ff.de off.proconſ. & legati.l.obſeruare.§.poſthæc ingreſſus,regulariter tamē importat neceſſitatem, vt hic, & ff.de off.Præſid.l.ſæpè in fin.vbi glo.verſ.neceſſitatem.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria cadaueri facta, cui facta videatur.*

Hære-

2 *Hæreditas non adita vicem defuncti ſubſtinet.*
3 *Hæreditati quod quæritur, futuro hæredi acquiritur.*
4 *Hæreditati acquiritur actio ſi quid damnosè fiat etiam ea iacente.*
5 *Hæres agit pro eo, quod iacente hæreditate factum eſt.*
6 *Sepulchri ius habens, agit ſi quid in eo fiat.*
7 *Hæreditas tenet locum domini.*
8 *Hæres, & hæreditas vnius perſonæ vice funguntur.*
9 *Hæreditas fingitur adita a die mortis.*
10 *Hæredis familia a die mortis videtur funeſta facta.*
11 *Hæreditas de defuncto in hæredem a tempore mortis continuatur.* (teneatur.
12 Cadauer rapiens, vel ne ſepelliatur impediens, qua pœna
13 *Deportatio in cuius pœnæ locum ſucceſſit.* (ſet.
14 *Iniuriam ſeruo teſtamento manumiſſo factam, quis accu-*
15 *Iniuriam vili, & infami inferens an, & qualiter te-*
16 *Viles perſonæ legum laqueis non ligantur.* (neatur.
17 *Honor cui non ſit ſeruandus.*
18 *Iniuriam vili inferens tenetur in conſcientia.*
19 *Pater in adulterio depræhenſam filiam occidit.*
20 *Maritus de iure Regni impunè adulteram occidit.*
21 Occidi fur nocturnus quando poſſit.
22 *Ieiunare pro commiſſo bonum eſt.*
23 *Mentis bonæ eſt ibi culpam timere vbi non ſit.*
24 Cautela abundans non obeſt.
25 *Lex, quæ ex abundanti apponuntur non lædit.*



Idelicet, vt circa passos iniuriam, habeatur discretio personarũ. 9

Q Personarum Pone, quòd cadaueri fiat iniuria, cui facta
1 intelligatur vt agat?diceret † qđ si adita hæreditate fiat, videri quodãmodo hæredi factã, ac propterea hæredem agere, cuius interest defuncti existimationem purgare, ante verò aditam, etsi hæres etiam agere posset, diuerso tamen respectu, cum primo casu directo fiat hæredi, secundo per consequentiam, nàm hæredi per hæreditatẽ.
2 ff. de iniur. l. 1 §. per alias, & §. quoties autem, † hæreditas enim non adita defuncti vicem repręsentat, non hęredis. ff de leg. 2. l. si mihi, & Titio. §. 1. & propterea † cũ
3 hæreditati quæratur hæredi futuro acquiritur. ff. de petit. hæredit. l. si à patre, vel domino. §. si possessor. Hinc
4 videmus † in l. aquilia venire damnum datum, etiã hæreditate iacente. ff. ad l. aquil. l. ob id, quemadmodum in interdicto, quòd vi, aut clam obtinet, nã (vt Vlp. inquit) apud Iulianum sæpissime relatum est, † interdi-
5 ctum tale hęredi competere eius, quòd ante aditam hæreditatem factum est, nec referre ait Labeo, quod non sciuerit qui vi, aut clam facit, qui hæredes futuri essent, eoque tempore dominum fuisse neminem, quia sepulchri dominus nemo fuit, & tamẽ † si quid in eo fiat, ex-
6 periri poterit is, ad quem sepulchri ius pertinet. ff. quòd vi, aut clàm. l. denique. §. quęsitum, & l. is qui in puteum. §. si quis de monumento, & ff. de sepulcr. viol. l. 2. Acce-

7 z. Accedat his, † hæreditatem domini locum obtinere.
8 d. § quęsitum. Vnde † quàmuis hæres, & hęreditas, duas appellationes recipiant, vnius tamen personæ vice funguntur. ff. de vsucap. l. hæres, & hæreditas. C. depositi. l. cum hæreditas, instit. de hæred. instit §. seruus etiam. ff. de fideiussor. l. mortuo reo, & de sent. & re iud. in 6. cap.
9 abbate. Idque est, quòd dicitur † fingi hęreditatem à die mortis aditã, per quòd dũ quæreretur, nũ futuro hæredi seruus hæreditarius stipulari posset? eáque ob rationem negasset Paulus, quia is eo tempore erat extraneus, Cassius tamen respondit posse, cum is qui posteà hæres ex-
10 titit, videatur ex mortis defuncto successisse, † eiusq. familia ab hora mortis funesta facta. ff. de stipulat. ser-
11 uo. l. si ex re. §. fi. & sic † hæreditas omnis, quàmuis posteà adeatur a tempore tamen mortis fuit de defuncto in hæredem continuata. ff. de reg. iur. l. omnis hęreditas. 181. idemq. est, quòd Celsus his verbis explicat. Omnia (inquiens) ferè hæredum iura, perindè habentur, ac si continuò sub tempus mortis hęredes extitissent. ff. eo. dicto. l. omnia 154. facit. ff. de acqu. hæred. l. hæres quoquè, & quòd per gloss. in l. hæres. vers. vnius. ff. de vsucapio. Ex quibus concludendum est, quòd siuè ante, siuè post aditam hæreditatẽ in defuncti cadauer fiat iniuria, semper hæredi actio competit, quemadmodum ad nos pertineret, si fama eius cuius hæredes extitimus lacesse-tur ff. de iniur. l. 1. §. etsi forte, & ff. de relig. & sumpt. fun.
12 l. ossa. † Rapiens autem cadauer, vel impediens, quominus sepeliatur pœna legis de vi publ. tenetur. ff. ad l.
13 Corn. de vi publ. l. qui cetu, † cuius pœna deportatio est, vt ff. eo. d. l. qui dolo, in fine, & omnium bonorum ademptio, seu confiscatio, instit. de publ. iudic. § penult.

Sed

14 Sed pone seruum testamento manumissum ante aditam hęreditatē acriter verberari, vtrum nè ei actio cōpetat iniuriarum, vel hæredi? dicas hæredem agere, sed si post aditam id fiat, non procedere, quia tunc seruus ageret, non hæres, cum ab eo tunc liber fiat, quòd aditur. C. de Caduc. toll. §. in nouissimo.

15 Quæro modo † quid si vilis, & infamis afficiatur iniuria, an afficiens teneatur, dicerem in foro fori absolutè, quòd non, quia infamis nō pot. plus infamari, vt dicitur. C. vt intra cert. temp. l. nouerit, vbi glos. vers. exi-
16 lij, † tales enim personæ quas vilitatis ratione dignas legum obseruatione prætor non credidit, iuris haùd debēt laqueis innodari, vel defendi. C. de adul. l. quę adul-
17 terium, † neque (vt inquit Paulus) seruandus est honor ei, qui in sceleratam se vitam deduxerit. ff. de ritu nupt. l.
18 Senatoris filia. †In foro tamē poli mortaliter eū peccare putamus, qui malo animo, quem iniuria verberando (licèt infamem) afficiat, quoniam videmus, & multa Ciuili Iure inspecto impunè fieri, quæ in foro conscien-
19 tiæ puniuntur. † Pater enim adulteram occidit filiam, quàm in ipso adulterij actu depræhenderat. ff. ad l. Iul.
20 de adult. l. nec in ea, & l. seq. Atque † maritus absolutè de Iure Regni adulterū cum adultera occidit, vt in Constit. si maritus de Pœna vxor. in adult. depræhensæ, nullo habito respectu ad l. Gracchus. C. ad l. Iul. vbi pœna minoratur, nec ad l. marito. ff. eod. dicto, vbi distinguitur, an in domo propria occidantur, vel soceri, nec ad Auth. vt licet matri, & auiæ. §. pen. & vltimo coll. 8. vbi monitiones antea sunt necessariæ, & tamen omnes isti occidentes peccant mortaliter, & tenentur in foro conscientiæ 33. q. z. cap. inter hæc, & 23. q. 5. cap. si non licet.

21 cet. Malo animo verberando dixi,quia † occidi fur nocturnus poterit, fi fine odij meditatione id fiat, & aliter occidens fe, fuaque liberare non poffet, etiam in foro
22 confcientiæ de homicid.cap.interfecifti,quàmuis † bonum fit pro commiffo ieiunare, atque elemofynam lar-
23 giter diftribuere,ad cautelam tamen, † bonarum enim eft mentium, ibi culpam timere, vbi culpa minimè reperitur, de obferuat.ieiunij.c.confilium, & cap. fin.dift. 5.in fine,melius nàmquè fupererunt ifta eis, quibus nec obfunt,nec profunt, quàm eis deerint quibus profunt,
24 13.q.2. cap. non extimemus, nàm † ad cautelam, & ex abundanti debet aliquid fieri, ne difciplina Matris Ecclefiæ deferatur.23.q.5.cap.excommunicatorum, vbi
25 glof. verf. difciplina. Hinc videmus † ius commune ea non lædere.quæ dubitationis caufa,& ex abundanti apponuntur.ff.de regul.iur.l.quæ dubitationis.81.& l.non folent.87.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus refpondens mentiris non tenetur.*
2 *Iniuriam dicere,quandoq; expedit.*
3 *Prouocato fe vlcifcenti ignofcitur.*
4 *Paria delicta, quando mutua compenfatione tollantur.*
5 *Vim armis inferens,poteft armis repelli.*
6 *Verba verbis repellere licet.*
7 *Accufator non admittitur de eo,quod ipfe habet vitio.*
8 *Prouocator quis dicatur.*

Iniu-

9 *Iniuria ironicè dicta, quando puniatur.*
10 *Expressum, quod non est haberi pro ommisso debet.*
11 *Voluntas in bonam semper partem sumitur.*
12 *Voluisse nemo præsumitur, quod non debet.*
13 *Verba non semper vt sonant accipiuntur.*
14 *verba intentioni nonècontra deseruiunt.*
15 *voluntas pro facto, quandoq; reputatur.*
16 *verba obscura contra proferentem interpetrantur.*
17 *voluntas muta percipitur ex actu extrinseco.*
18 *voluntas ex verosimili colligitur.*
19 *Seruo simpliciter instituto, censetur etiam libertas data.*
20 *Animus attenditur in delictis.*
21 *Animo malo apparente non aliud quæritur.*
22 *Iniuriarum tenetur, qui iniuriæ causa, quid fecerit.*
23 *Iniuriarum actio datur ex quoquo actu iniurioso.*
24 *Expressum quandoq; dicitur, quod tacitè agitur.*
25 *Nomen exprimere, & digito ostendere idem est.*
26 *Animus ex quibus percipitur.*
27 *Loquutio acuta, vel grauis non idem sonat:*
28 *verba sunt secundum subiectam intelligenda materiam:*
29 *verisimile est obscura rei declaratio:*



Væ iniuriam inferunt, & quæ iniuriam patiuntur. *r*

R 1 Quid † Si quis infamibus prouocatus verbis mẽtiris respõdeat, an teneatur iniuriarum? dicas, quòd non quia

quia ex hac iniuria defensionis causa prolata actio non oritur. nàmque is tantum in ædictum incidit, qui contra bonos mores iniuriam facit. ff. de iniur. l. item apud. §. si quis virginem, & l. si quis de libertate, quinimmo
2 dicendum est, † aliquando expedire iniuriam dicere, si fortè aduocato falsos produxisse testes imputetur, ita dicit gloss. in l. quisquis vers. vtilitas. C. de postul. & tex.
3 in l. quæ omnia, in princ. ff. de procurator. † Ignoscendum enim est ei, qui se vlcisci voluit prouocatus, ita dicit Vlp. in l. qui cum natu. §. idem puto, etsi ab eo. ff. de
4 bon. libert. Atq. id est, quòd vulgo dici consueuit, † paria delicta mutua compensatione tolli. ff. solut. matrim. l. viro. ff. de contrah. empt. l. domum in fine, vbi glo. vers. compensando, nec impugnat, extra de except. cap. dilecti, & cap. pen. in fine extra de adult. vbi quisq. agit pro sua actione, quia tunc delicta paria compensantur, quãdo par actionis est causa, non dispar, ita soluit gloss. in
5 d. cap. dilecti, vers. si res ita se, his addo, † quòd si cũ qui cum armis venit, possum armis pro mei, mearumq. rerum defensione repellere. ff. de vi, & vi arm. l. 3. §. cũ
6 igitur, & ff. de iust. & iure. l. vt vim, † quanto maius ver-
7 ba verbis repelli concedendum est, ex quibus vides, † quòd non modo accusator, sed nec obiurgator quidem ferendus est, qui quòd in altero vitium repræhendit, in eo ipso depræhendatur, quoniam nil iudæus iudæo, nil Catilina cæthego, vt dicit iuuenalis, & notatur. ff. ne q. d in loco publ. l. 1. §. idem ait si in publico, & C. de hæret.
8 l. quoniam. § interesse. Sed † quis dicatur prouocator? dicas eum qui primo cœpit iniuriam dicere arg. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadr. paup. fecis. dicat.
9 Quid autem † de eo dicẽdum est, qui ironicè loquen-

E do

do dicat iniuriam? puta, tu es bonus vir, quasi cornutus; vel mater tua cognoscitur, vel soror Titij non aufugit à marito suo, vel Caius ex iudæo non est, aliaq. id genus similia, an teneatur iniuriarum? Videtur, quòd nō, quia
10 † quidquid expressum non est, haberi pro ommisso de-
11 bet. ff. de verb. oblig. l. quidquid. 99. Et † voluntas semper in bonam sumenda est partem, dist. 1. cap. 1. in glos.
12 vers. vult. † Neq. id eum voluisse præsumendū est, quod non debet arg. C. de legat. l. vxor patrui. vbi gl. vers. non potuit. Contrarium tamen est verius, vt ff. de iniur. l. quod Senatus, vbi gloss. vers. publica, quasi per prædicta plura possint in malam partem intelligi, vt dicit tex. cū glo. in l. 1. vers. ne quid amplius. ff. ad Macedon. & auth. quib. mod. nat. eff. legit. §. & quædam, etiam vbi gl. vers.
13 vltra quàm, † neq. semper, vt sonant accipienda sunt verba. 23. q. 1. cap. paratus in princ. vbi glos. vers. si verba sed voluntas, atq. proferentis intentio consideran-
14 da, cum † non debeat verbis intentionem deseruire, sed verba intentioni. 22. q. 5. cap. humanæ. ff. de verb. signif. l. in conuentionibus. 219. vbi glos. vers. placuit. hinc vi-
15 demus † voluntatem aliquando reputari pro facto. C.
16 de Episcop. & Cle. l. si quis non dicam, hinc † verba obscura contra proferentem interpetrari, de reg. iur. in 6. cap. contra eum, vbi apostilla, allegat. cap. cum dilectus
17 de Consuetud. hinc † ex actu extrinseco mutam voluntatem percipi. ff. de fideicomm. libertat. l. fideicommiss.
18 46. † Hinc est, quod semper voluntas ex verisimilibus
19 depræhēditur, propter quòd † seruo simpliciter instituto, nulla libertatis mētione facta, censetur etiam libertas data instit. quib. ex caus. manumiss. non lic. §. idemq.
20 iuris. Præterea † mens attenditur in delictis. ff. de ædil.

ædict.

ædict.l.quid ſit fugitiuus in princ.& ff.de verbor. ſignif.
21 l.fugitiuus.225.† Nec de certa iniuriæ ſpetie quærēdum eſt,quoties de animo iniuriam faciendi.& ſic de ſubſtā-tia appareat,facit C. de poſtul.l. quiſquis,ibi nā ſi quis
22 adeò procax , vnde nulli dubium eſt † iniuriarum teneri eum,qui opinionis tuæ minuendæ cauſa quid fecerit.C.de iniur.l.ſi non es nunciator. propter quod Vlp. in l.item apud.§.generaliter.ff.eo.dicto,ſic inquit, Pro-
23 indè † quòdcunque quis fecerit,vel dixerit, vt aliquem infamet , erit actio iniuriarum, vt puta ſi ad inuidiam ; (quod glo.exponit. ideſt iniuriam,) alicuius veſte lugubri vtatur,aùt ſqualida , ex quo vides quanto fortiùs tenebitur verba inferens , per quæ alicuius percipiatur infamia,ſi is etiam tenetur,qui veſtes tantum lugubres aſportauit, & tamen patet ad cuiuſq. libitum veſtes imponi poſſe. nos autem dicimus in hoc articulo, non niſi loquentis animum attendi , quem (vt omnibus notum
24 eſt)ad malum tendere ſenſum, non dubitatur,ideoq. † pro expreſſo haberi debet, quòd tacitè agitur. ff. ſi cert.
25 petat.l.cum quid,nàm vt ait Pedius, †nihil referre,proprio res appelletur nomine,digitouè oſtēdatur, aùt vocabulis talibus demonſtretur, quatenus mutua vice res fungatur,quæ tantundem præſtet.ff.eo.dicto. l.certum. Vndè iudex, qui ad maiorem cautelam talia dicentis animum vult attēdere,& perſcrutari,in malam numquid id partem dixerit,vel nè,præcedentia notet verba, col-
26 loquij ſenſum,ſignaq. proferentis, & nutus, † ex prædictis enim certus animus percipitur de ſponſal. cap. tuę, C.de fideicomm. l. & in Epiſtola , cum alijs ibi in gloſſ. verſ.nutu,& ff.de ſuppell.leg. l. labeo ait in fine, quoniā in talibus ſic ironicè prolatis, pronūtiæ modus per ma-

27 mè loquentium corda aperit,& declarat,nàm † non idē significat verbum acutè, quòd grauè prolatum, vt ait Aristo. primo Elencorum. Eoq. magis in malam dicta partem talia præsumenda sunt, si is, in cuius contumeliam videantur, aliquid mali antea in eum dixerit,
28 qui ironicè loquutus est, quia † replicationes, & verba quęlibet secundum subiectam sunt intelligenda materiam. ff.de damno infect. l. dāni infecti in princ.ff. de
29 vsur.l.si stipulatus,idq. est verisimile, †ad quod recurritur in obscuris.ff.de reg.iur.l.in obscuris.115.

SVMMARIVM.

1 *Offensio in publicam personam inlata punitur grauius, quàm si in priuatam.*

2 *Dignitate præpositi augetur petulantiæ crimen.*

3 *Publica persona quæ sit.*

4 *Pœna an ex qualitate personæ irrogetur.*

5 *Aequalitas in iuditijs seruatur.*

6 *Iussum in vnius persona ratum esse, in alterius non, absurdum est.*

7 *Priuilegium vni ex litigatoribus concessum ad alium extenditur.*

8 *Compromissum quod ab vna parte ad hæredes non est transitorium, non transibit ab alia.*

9 *Iudex potest aduocatum cogere, vt patrocinetur, & quando.*

Ma-

10 *Maritus ab uxore conuentus in quantum facere potest tenetur.*

11 *Actio de communi diuidundo, quæ includat.*

12 *Aequalitas in pactis seruatur.*

13 *Acceptio personarum esse in iudiijs non debet.*

14 *Iudicari magnum sicut paruus iudicatur oportet.*

15 *Acceptio personarum datur sedendo in iudiijs.*

16 *Episcopus non est remouendus, ut abbas.*

17 *Scandalum ubi maius vertitur ibi agendũ est cautius.*

18 *Minor punitur durius quam maior.*

19 *Pœna delicti, quæ dependet a statu ante quæstionem status non terminatur.*

20 *Pœna seruorum grauius est, quam liberorum.*

21 *Personæ qualitas actionem format, & condemnationẽ.*

22 *Castrans hominem qualiter puniatur.*

23 *Pœna falsi, quæ sit.*

24 *Pœnæ modus ex conditione statuitur.*

25 *Exiguntur plura ab eo, cui plura committuntur.*

26 *Pœna spiritualis, vel pecuniaria cum quo augenda sit.*

27 *Christianus duas ob causas fortiter in peccatum cadit.*

28 *Es non habens, luat in corpore.*

29 *Pœna ob paupertatem remittitur.*

30 *Mulcta moderata ob paupertatem, nũquid facultatibus auctis exequi possit.*

31 *Vestes personam demonstrant in dubio.*

32 *Dolus culpam præponderat.*

Igno.

33 *Ignorantia præſumitur, donec ſcientia probetur.*
34 *Ignorantia probatur iuramento.*
35 *Conie&ctilde;turæ in claris reiciuntur.*



I ſint publicè, ſvel priuatæ, & in quo dignitatis ſpeculo conſtitutæ.

1 Si ſint publicæ, † Grauius enim punitur, qui publicam perſonam iniuria afficit, quàm ſi pritam afficeret. ff. de iniur. l. prætor ędixit. §. fin. per totum, & C. eo. l. attrocem, facit ff. de iudit. l. nonnunquàm autē
2 72. & ff. de re iudic. l. 2. quoniam † augetur petulãtiæ crimen dignitate præpoſiti. ff. de re milit. l. omne. §. augetur. ff. de pæn. l. aud facta. §. perſona. vbi glo. & inſtit. de
3 iniur. §. atrox. † Publicam autem perſonam eam eſſe intelligas in hoc propoſito, quæ officij dignitate perfulget, vt inſtit. de attil. tut. §. nos autem, & in conſtitutionis noſtræ, tex. ibi in quo dignitatis ſpeculo, non de notario, cuius quoq. publica perſona dicitur, vt C. de Epiſc. & Cler. l. Orphanotrophos. C. de adminiſtr. tut. l. tutores, & inſtit. de adopt §. cum autem.
4 Quid ſi † perſona publica, vel grauis inferat, an mitius, vel grauius punienda ſit? videtur, non eſſe haben-
5 dam perſonarum diſtinctionem, quia † in iuditijs ſeruanda eſt æqualitas, ideoq. ſi talis ſit locus in quem alter ex litigatoribus venire non poteſt alter ſic, in pœnã

non

6 non incidit. qui non potuit, etfi qui potuit venifſet, † abſurdum enim eſſet iuſtum in vnius perſona ratum eſſe, in alterius non. ff. de recept. arbitr. l. ſi cum dies. §. pen.
7 in fine Hinc videmus † Priuilegium quodcunq. vni ex litigatoribus, circa litiū expēſas conceſsū, ſiue Ciuilis ſit cā, ſiue Criminalis ad aduerſarium extendi, ne priuilegiatis plus ab aduerſario petere concedatur, quā ipſi ab alijs pulſati facere patiātur. C. de fruc. & liti. expenſ. l. fi. C. de proxim. ſacror. ſcrin. l. in ſacris ſcrinijs militātes lib. 12. §. & qm̄ in controuerſijs. C. de re milit. l. fi. §.
8 vt autem omnifariam in fi. lib. eo. Hinc † compromiſſum, quod ab vna parte ad hæredes nō eſt tranſitoriū, non tranſibit ab alia, vt ſeruetur æqualitas. ff. de recep. arbitr. l. ſed & interpellatur in fine, & ff. mand. l. 3. in fi.
9 facit. ff famil. herciſc. l. in hoc iuditio. Hinc videmus † iudicem debere attendere ne quis litigatorum optimos habeat aduocatos, alius verò ex aduerſo peritos parū, & nouos, vt ſic par ſit aduocatorū diſtributio, & ęquales defenſorum potentiæ. C. de poſtul. l. prouidendum.
10 Hinc modeſtinum † ad vxorem quoq. extendere, quòd dicitur maritum non tantum dotis nomine, etiam conſtante matrimonio in caſibus permiſſis. in l. minus. §. manente. ff. de iure dot. Sed ex alijs quoq. contractibus ab vxore iuditio conuentum, in quantum facere poteſt condemnari, vt ſic æqualitatis ratione ſuggerente idem in vtroque ſeruetur. ff. de re iudic. l. non tantum.

11 Idque eſt, quod dicitur † in communi diuidundo debere Præſidem, ſumptuum, fructuum, item doli, & culpæ rationem habere, vt ſic in omnibus æqualitas locum habeat, C. comun. diuid. l. ſi maior quinque in fin. cum & alias fructuum ratio habeatur. ff. eod. dicto. l. ſi

quis

quis putās §. 1.l.id communi,& l. antepen. & ff. profoc.
12 l.quibus casibus. Accedat † in pactis æqualitatē seruandam esse. ff. eo. dicto. l.si socius pro filia,atque accusatorem debere, & accusatum personaliter comparere in iuditio, partemq́. vnam quantacūquè authoritate præditam sic prorsus audiri, vt nullum alteri præiuditium
13 irrogetur. 3.q.9.cap.necesse,† cum non debeat,& maximè in iuditijs esse personarum acceptionem,de reg. iur. in 6.cap.in iudicijs,ergo dicendum videtur in casu proposito nullam fieri posse personarum distinctionē, cum
14 † ita magnum iudex debeat iudicare sicut paruū de iudic.cap.nouit.§.cæterum scriptum , & de rescript. in 6. cap. statutum.§.insuper.Nos autem dicimus cōtrarium; quia tametsi regulariter æqualitas sit in iuditijs obseruanda per prædicta,id tamen fallit multoties, quandoquè enim ob causas à regulis iuris receditur, vt in casu
15 nostro,nàm † & alibi datur personarum acceptio in iuditijs , vt in sedendo de maiorit. & obed. cap. solitæ, & 93.dist.cap.non oportet diaconum, dicas ergo personā grauem,siquidem criminaliter agatur in corpore puniri mitius, propter maius scandalum,ordinisquè excellentioris reuerentiam,de Sym.cap.per tuas , institut.de publ. iud. §. item lex Cornelia , & facit ff.de iniur.l.fin.
16 †Absurdum nàmquè esset eo. remoueri modo Episcopum,& Abbatem, procediquè de facili contra maiorē, sicuti contra minorem , arg. de accus. cap. qualiter , &
17 quando el 2.& 24.q. 1.cap.qui contra ecclesiæ pacem,† ibi enim vbi maius vertitur scandalum , ibi agendū est cautius.42.dist.cap.quiescamus, in princ.7.q 2.cap.fin. in fine,61.dist.cap.miramur.vers.quia si in quibuslibet. ff.de carbon.ædict.l. 1.§.nàm vel magis,& 45. dist.cap.

cum

18 cum Beatus Paulus. †Generale etenim eſt durius puni-
ri minorem, quàm puniretur maior. ff. de incend. ruin.
19 naufr. l. Pedius. Hinc videmus † quoties delicti pęna de-
pēdet à ſtatu ſtatus prius quæſtionem terminari, quàm
20 cauſa ipſa principalis. C. de ordin. cogn. l. ſi crimen †
maioreſq. noſtros in omni ſupplicio ſeuerius ſeruos,
quàm liberos, famoſos, quàm integræ famæ homines
caſtigaſſe. ff. de pœn. l. capitalium, atquè aliter de ſeruo,
aliter de libero vindictam ſumi. ff. ſi ex nox. ca. agatur. l.
ſi ſeruum in eadem. C. ad l. iul. de vi publ. l. ſeruos qui ff.
21 de pœn. l. in ſeruorum. Vnde Paulus † pro qualitate (in-
quit) perſonarum actio formatur, & condemnatio mo-
deratur. ff. de neg. geſt. l. Pomponius in fi. C. de naufrag. l.
22 ſubmerſis. li. 11. Itē Martianus. †Qui hominē libidinis,
vel promertij cā caſtrauerit, ex S.C. pœna legis Corn.
punitur legis Corn. de Sycar. & Venef. pœna inſulæ de
portatio eſt, & omniū bonorū ademptio, ſed ſolēt hodiè
capite puniri, niſi honeſtiori loco poſiti fuerint, quàm
vt pænam legis ſubſtineant, humiliores enim ſolent be-
ſtijs ſubijci, altiores verò in inſulam deportantur. ff. ad
23 l. Corn. de Syc. l. eiuſdem legis in fine, & l. 1. in fine. †Itē
pœna falſi, vel quaſi falſi deportatio eſt, & omnium bo-
norū publicatio, etſi ſeruus fuerit vltimo tradetur ſup-
plitio. C. ad l. Cornel. de falſ. l. 1. in fine. C. de Summ.
24 Trin. l. nemo. † pœnæ igitur modus ex conditione per-
ſonæ ſtatuitur. ff. de term. moto. l. 2. in princ. ff. de leg. 3. l.
ſi ſeruus plurium in fine. 53. Nec impugnat. C. de Epiſc.
& Cler. l. presbyteri in fine, vbi grauius punitur, qui ma-
ior eſt dignitate, vel qualitate, nec ff. de pœn. l. quædam
25 delicta, & ſimilia, †vbi exiguntur plura ab eo, cui plura
26 committantur, quia loquuntur † de pœna ſpirituali, vel

pecuniaria, quæ ſemper maior imponi debet nobili,
27 quàm ignobili, maior ei, qui in dignitate eſt, quàm nõ,† homo enim Chriſtianus duas ob cauſas fortiter in peccatum cadit, aùt ob peccati, magnitudinẽ, aùt propter altitudinem dignitatis. 40. diſt. cap. homo Chriſtianus, etſi quidam dicant nihil referre, an ſpiritualis pecuniaria, vel corporalis ſit pœna, vt ſemper maior imponatur ignobili, eiuè qui in dignitate non reperitur. arg. 11. q. 3. cap. præcipuè. de quo per gl. in cap. qui contra Eccleſiæ. 24. q. 1.

Ex quibus reſultat, quòd ſi ciuiliter agatur maior extimatur ſi nobilis, aùt præpoſitus inferat, quemadmodum maior erit, ſi ei inferatur, quoties eſſet ſoluendo ſatis, qui infert, alioquin ſi ambo pauperes eſſent, adeò quòd pecuniariæ locum eſſe pœnæ non poſſet, eo caſu acriter exequi eam rem Prætor debet, atquè graui-
28 ter cohercere, † vt ſic in ære non habens luat in corpore. ff. de iniur. l. ſi quis iniuriam 35. ff. de pœn. l. 1 §. fin. cum alleg. in glo. verſ. deludunt, & in d. l. ſi quis verſ. cohercere. At quia prædictis impugnat. ff. de off. præſid. l.
29 illicitas. §. fin. & C. de modo mulct. l fi. in fine, vbi† propter paupertatem pœna remittitur, dicas propterea remitti pœnam poſſe, quoties actoris non interſit, vt in caſu noſtro, ff. ſi quis in ius vocatus. l. 2. & ff. de in ius voc. l. quàmuis, & facit gloſſ. in d. §. fin. verſ. neceſſitatẽ.
30 † Quoties autem pars quoad ſe remitteret, & iudex propter. præſentem paupertatem, quam irrogauerat mulctã moderet, nunquid auctis facultatibus exigi poſſit, quòd moderatũ aſpicitur? dicas, quòd non, vt dicit tex. in d. §. fin. & ibi gl. verſ. repræhenſa.

Vlterius quæro, Perſona grauis vili incedens habitu iniu-

iniuria afficitur, nunquid per hoc grauius puniri debeat
31 inferens? dicas quod non, † quia quisq. talis, qualis vadit, præsumitur. ff. de iniur. l. itē apud § si quis virgines, nisi afficiens sciret qualitatem affecti, nàm tunc si vnus
32 esset in culpa, alter esset in dolo, † qui culpam præpon-
33 derat, ff. ad l. aquil. l. item si obstetrix in fine † Sed qualiter hoc casu probabitur ignorantia? dic eam præsumi, donec probetur scientia, de reg. iur. in 6. cap. præsumitur, vbi glo. C. de Episcop. aud. l. si legibus, vbi multa adhoc allegat gloss. vers. probatum, & glo. in l. super ser-
34 uis. C. qui milit. non poss. vers ostendere, vel dicas † probari posse per iuramentum eius, qui intulit, quòd non cognouit. C. de iur. de lib. l. fin § licentia, & est tex. in c. si verò aliquis de sentent. excommun. & de elect. cap. nulli in fine, & cap. vt circa, & de rescript. in 6. cap. statutū. § sed in duobus. Obserua tamen id obtinere, quòd ignorantia præsumatur, donec probetur, & admittatur iuramentum, nisi verisimiliter offensi qualitatem, sciret inferens, puta facta fuisset iniuria de die, inter amicos, vicinos, familiares, domesticos, sotios, vel inter eos, qui sunt de parentela, arg. C. de rescind. vendit. l. quisquis, vbi glo. vers. debuerat, & auth. de testib. §. Sanci-
35 mus, † quia eo casu essemus in claris, in quibus non opus est cōiecturis. ff. de verb. obl. l. cōtinuus. §. cū ita 137.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum anno tollitur.*

2 *Actiones personales. 30. annis durant.*

F 2 *Metus*

3 *Metus impedit, ne tempus currat.*

4 *Annus continuus qualiter intelligatur.*

5 *Iniuria si absenti fiat, quando currat annus.*

6 *Tempus regulariter ignoranti non currit.*

7 *Ignorans videtur agendi potestatem non habere.*

8 *Anno elapso, quando interdictum, quod vi, aùt clam locum habeat.*

9 *Tempus 50. dierum ad bonorum possessionem petendam à die scientiæ currit non mortis.*

10 *Actio redhibitoria, quando expiret.*

11 *Terminus ad se excusandum legitimè impedito non currit.*

12 *Ingenuus ad libertatem prouocans, vt a libertinitatis onere liberetur, vltra quinquennium non auditur, & quando.*

13 *Tempus legitimè impedito non labitur.*

14 *Iniuria tacitè remissa, quando dicatur.*

15 *Iniuria, per agnitionem taliter legatæ rei, tacitè remissa dicitur*

16 *Honoratus iure oneratur.*

17 *Rei propriæ, quisq; moderator est, & arbiter:*

18 *Par in parem imperium non habet:*

19 *Onerari quando possit is, cui seruo relictus est:*

20 *Locupletior factus non dicitur, qui libertum acquisiuit.*

21 *Seruo si libertatis commodum relinquatur, onerari quare non poterit?*

Actio

22 *Actio iniuriarum qualiter expressè tollatur.*
23 *Iniuriam per pecuniam remittens quando sit infamis.*
24 *Pecuniam capiens, ut remitteret, quando iure possit sine nota.*
25 *Delegati iussus necessitatem non importat, & quando.*
26 *Iudex ordinarius iubere non potest transigi,*
27 *Sententia arbitri, sententia non est per omnia.*
28 *Arbiter potest esse infamis.*
29 *Concessio gratis facit licitum, quod alias non liceret:*
30 *Iudicis iussus facit licitum, quod non est.*
31 *Remittens in morte, quando sanus agat:*
32 *Actio semel extinta amplius non reuiuiscit.*
33 *Hominem non benè pœnitere absurdum est.*
34 *Remittere an quis teneatur, ut benè pœniteat.*
35 *Remissio iuramento firmata præsumitur sollemnis:*
36 *Damnum aliud est, aliud expensarum refectio:*
37 *Remissio pupilli, quando valeat, & quæ requirantur:*
38 *Artifex ob percussionem factus inutilis, quæ possit petere.*
39 *Operarum futurarum taxatio qualiter fiat.*
40 *Corpus liberum extimationem non recipit.*
41 *Extimatio pulchritudinis deformatæ puellæ conceditur.*
42 *Pulchritudo habetur pro dote.*
43 *Culpæ reus est, qui ventoso tempore ignem in propriam segetem mittit.*
44 *Damnum videtur dedisse, qui damno causam dedit.*
45 *Damnum pati, & lucrum non sentire differunt.*

Dam-

46 *Damnum vnde dicatur.*

47 *Peccata non remittuntur, ablatis non restitutis.*

48 *Obligatio impossibilium nulla est.*

49 *Pulchritudo inter præcipua corporis bona, primum locũ obtinet.*

50 *Vxore formosa domi nihil iucundius.*

51 *Vxor formosa domus est ornamentum, sicut sol mundi.*

52 *Extimatur deformitas animalis vilior redditi.*

53 *Iniuria dicitur remissa, si postea gratum fiat seruitium.*

54 *Legata grauissimis inimicitijs videntur adempta, sed amicitia iterum contracta, reintegrata.*



Emporis etiam † commissæ iniuriæ consideratio est habēda.

T Temporis etiam] Ne iuditia contemnantur, id præcipuè attendat Iudex, nùm à tempore inlatæ iniuriæ, vsquè diem, quòd in iuditium deducitur, lapsus sit annus, intra quem iniuriarum actio perpetuatur.

1 † Eo enim elapso tollitur ius agendi. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. nàm si nuda, & C. eod. dicto. l. si nō cõuicij, quã-

2 uis ergo † 30. annis durent personales actiones instit. de perpet. & temp. act. in princ. & C. de præscript. trig. ann. l. sicut in rem, fallit tamen in act. iniuriar. vt d. l. si non conuitij, ita dicit glo. communiter approbata in l. receptitia, vers. triginta. C. de constit. pecu. & glo. in §. 1. instit.

ſtit.de perpet.& temp.act.verſ. conſtitutionibus in fin. & glo.inſtitut.de iniur.§.ſed & lex Cornelia,verſ.introduxit, vnde reiecta aliquorum opinione contraria hanc tenendam putamus, & amplectimur. De anno conti-
3 nuo intelligas,† niſi per metum differatur,quia eo caſu, idonea metus eſt cauſa,vt & poſt annum detur actio,ita dicit tex.in l.ſi cum exceptione. §. poſt annum. ff.de eo ;
4 quod met.ca. vbi glo.verſ.vtili, † Annum autem continuum capias, quoties 365. dies integri elapſi ſunt, ex quibus conſtat,niſi biſſeſtus eſſet,quia tunc ex.366. cõſtaret.ff.de ſtat.hom.l.cũ hæres.§.ſticchus. ff.ad l. aquil. l.ita vulneratus.§.extimatio autem.ff.de verbor. ſignif. l.cum biſſextus.

Sed ecce fit etiam iniuria abſenti, vt ff.de iniur.l.item
5 apud.§.cõuicium autem.& §. proindè, † quid ſi fiat abſenti,& antequàm ſciat labatur annus, nunquid à tempore ſcientiæ tantum currat, vt agere poſſit? videtur, quod non, quia iſta actio eſt prætoria, & vltra annum non extenditur inſtit. de perpet.& temp.act. in princ.& d.l.ſi non cõuitij.& d.§.nàm ſi nuda.Nobis tamen videtur annũ non a tẽpore inlatæ iniuriæ currere, ſed ſcien-
6 tiæ,quia † regulariter tempus ignoranti non currit, donec ſciat. C. de liber.ca.l. ſi is quem vbi gloſſ. C. quom. & quãdo iudex l.ab eo,facit.ff. quãdo appell. ſit.l.fi.§.fi.
7 attendimus nàmq́.†eum qui neſcit,experiundi poteſtatem habuiſſe non videri,ideoq́. ex eo numeratur annus, ex quo ſciuit.ff.de calumn.l.annus in fin.facit. ff. de his
8 qui not.infam.l.genero, † & interdictum, quòd vi, aùt clam competere elapſo anno, niſi eo in loco quid factũ ſit,in quo ignorantia facilè præſumatur. ff.quod vi, aùt clam.l.ſemper.§.annus autem, nàm quòd dicitur cauſa

cognita

cognita annua exceptio est remittenda; intelligitur ex magna, & iusta ignorantiæ causa, vt dicitur in dicto §.
9 annus autem. Quemadmodum † centum dierum spatium, quòd proximiori ad bonorum possessionem amplectendam conceditur, non a tempore mortis, sed ex quo defunctum sciuit computari. C. qui admitti. l. si bo
10 norum, & l. quicunquè. Atq. † sex illos menses vtiles, intra quos redhibitoriæ actioni est locus, non currere donec dominus vitiũ fugitiui latens ignorauerit, ff. de
11 ædilit. edict. l. cum sex. prout † nec 50. dierum terminus ad se excusandum labitur ignoranti. C. de excus. tut. l. quinquaginta.
12 Hinc tandem † ingenuus, qui tanquàm seruus existẽs manumittitur si in ingenuitatem, vt à libertinitatis onere liberetur prouocare vellet, non vltra quinquennium audiendus est, nisi nouiter ingenuitatis instrumenta reperijsse contendat. ff. si libert. ingen. esse dicat l. 2. Vides ergo qualiter tempus ignoranti non currit, de quo per glo in l. 2. vers. & secundum legem in fine. C. de iur. em-
13 phyt. † sicuti nec legitimè labitur impedito. ff. de bono. poss. l. si plures. C. eod. dicto. l. quàmdiù, & l. pen. & fin. facit. ff. quando de pecul act. l. 1. §. annus autem.

Habes igitur casum in quo tacitè per lapsum anni
14 post sciẽtiam censetur iniuria remissa, † nunquid autem si offensus alloquatur, ludat, comedatuè cum offenso, videatur etiam remissa? dicas quod sic, vt dicit text. instit. de iniurijs. §. fin. vbi glo. vers. dissimulatione, nisi conuersatio esset ad casũ in vna forte ecclesia insimul pacem habeant, aùt in eadem inuitati mensa sedeant, eo enim casu honestatis necessitate ductus potius id fecisse videtur non ex proposito iniuriam remittendi. ff.

de

de iniur.l.fed fi vnius.§.prætor, verf.nàm fi nuda.

15 Tollitur,& alio modo tacitè iniuriarum actio,vt†legatæ rei per agnitionem, fi enim quis legatũ agnofcat taliter ei relictum,vt iniuriam remittat, cenfetur agno-
16 fcendo remittere,quia† quem honoro grauare poffum. ff.de leg. 1.l.planè.97.§.fi. alioquin liceret nemini alie-
17 nis in rebus falcem imponere, † quarum quifq. mode-
18 rator eft,& arbiter. C. mand. l. in re mandata, † par enim in parem imperium non habet.ff.ad Trebell.l.ille à quo.§.tempeftiuum.ff.de arbitr.l.3.§ fin. cum l.feq.ff. de manumiff.vind.l.apud.§.apud.gloff. in cap.innotuit, verf.imparem.extra de elect.& in gl.cap. ftuduifti.verf.
19 mandatum,extra de off.deleg. Hinc videmus † onerari non poffe eum,cui feruus relictus eft,fi manumittere rogetur,nifi poft tempus aliquod id fieri cõmittatur, tunc nàmq. ob temporis medij commoditatem onerari poffet.ff.de manumiff.teft.l.Iulianus ait. ff. de præfcr. verb. l.naturalis.§ fi.facit.ff. de leg.2.l.Imperator 72. Nec impediet,videri eum vtiliter, atq. iure onerãdũ,cui feruus legatus eft,vt ftatim manumitteret,ob patronatus iuris commodum, quòd domino manumittenti acquiritur,
20 quoniam † locupletior factus non dicitur, qui libertum acquifiuit.ff.de reg.iur.l.nemo prædo.169. Ideoquè inquit Sceula. Adfignatum libertum,nec quafi legatum, nec quafi fideicommiffum percipi, & ob id nec fideicõmiffo onerari poffe.ff.de affignand.libert. l.adfignare.ff.
21 de leg.1.l.videndum.98.Quinimmò † fi feruomet libertatis commodum relinquatur, nec onerari poterit alteri quid dare, cum ita demum quis pecuniam ex fideicommiffi caufa præftare cogendus fit, fi quid eiufdem generis,vel fimile ex teftamento confequatur. d. l. pla-

nè.§.fin.de leg. 1. Sequitur ergo eum, qui taliter factum legatum agnouit, tacitè videri iniuriam remittere, quia
22 honoratus poterat onerari.d.l.planè.§.fin.† Tollitur etiam iniuriarum actio expressè, vt per pactū, transfactionem, vel iuramentum. ff. de iniur.l.non solum.§. proinde.C.de pact.l.pacta nouissima,& d.§.prætor ait, ff.eo.dicto. l. si vnus.§.pactus ne peteret, vers.sed si pactum,& l.si tibi.decem.§.1.
23 † Sed nunquid iniuriarum actionem per pecuniam remittens malè agat? dicas quòd sic, quia efficitur infamis, vt dicit gl.23.q.4. c si illic vers.supplicatione, nisi iussu ordinarij iudicis id faceret.ff.de his qui not.infam. l.furti.§.si quis alieno,& §. qui iussu prætoris, vt in pupillo dici potest, qui tutore, auth.remittit iudicis præcedente decreto, quod expedit, vt infra dicam.

Hoc autem in quatuor tantum casibus procedere scias, in furto, scilicet, Iniurijs, rapina,& dolo malo, instit.de pœna tem.litig.§.ex quibusdā. ff. de his qui not.
24 infam.l. athletas. §. fin.† in alijs enim famosis actionibus ex contractu descendentibus est secus, quoniam ex his causis non tàm turpis est pactio, quàm ex superioribus, vt dicit Paulus.in l. in actionibus. ff. eod. dicto, & notat gl.in l.non damnatos, vers.sed pactos. C.ex quib. ca.infam.irrog.

Quid si delegati iudicis iussu pro remissione iniuriæ pecunia capiatur, an dicatur capiens infamis? videtur,
25 quòd non, † quoniam eius iussus non importat necessitatem super quibus non est delegatus, vt C.si à nō compet.iud.l.1.Sed melius est idem esse in delegato, quòd
26 diximus in ordinario. Quia nec ordinarius iubere potest transigi, sed ad transigendum hortari. In arbitro autem

fortè

27 fortè id non procedit, cum apud eum non infamet † eius
28 enim arbitriũ non per omnia sententia est, † & ipse potest esse infamis. ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. Iulianus vbi glos. vers. famosa, & d. cap. si illic vers. supplicatione. 23. q 4.

29 Ex his ergo duo notanda duximus. Alterum quòd † gratis concessum licitũ reddit, q̃ aliter non liceret. ff. de iure fisci. l. in fisci. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. qui cœtu §. qui vacantem. ff. quod met. ca. l. isti in princ. ff. ad l. Iul. de adult. l. mariti. §. plectitur. ff. de condi. ob turpem causam. l. fin. & d. l. non damnatos.

30 Alterum, quod † iussus iudicis licitum reddit, quòd alioquin esset secus, sic. ff de acqua pluu. arc. l. quàmquã in prin. ff. quòd fals. tut. auth. l. interdum. ff. de administr. tut. l. tutor qui. §. 1. & ff. de solu. l. si stipulatus. §. si lancẽ.

31 Quæro modo vtrumne † si vltimum diem claudens remittat, conualescens agere possit? ad interesse expensarum, quas est passus ob læsionem videtur expressè, quod non, quia ita tenet glo. instit. de iniur. §. fi. vers. non
32 reuocauerit, nàm † semel extincta actio, amplius nõ re-
33 uiuiscit. ff. de solu. l. qui res. §. aream ibi in perpetuum † cum non sit præsumendum perpetuo noluisse remittere, & sic non benè pœnitere, esseq. immemorem salutis æternæ. C. ad l. Iul. repet. l. fin. Nos autem dicimus (si aduersus glosam conceditur) posse eum agere, arg. instit. de donat. §. mortis causa, quia videtur coactè remisisse. vnde prætor ratum non habet. ff. quod met. ca. l. 1.

34 Nec obstat, gloss. in d. §. fin. quia † nemo vt benè pœniteat, tenetur, satisfactionem, & interesse remittere, sed tantum animi rancorem, atquè odium, vt per glo. in c. si quis contristatus. 90. dist. & glo. in cap. si is, qui præsulatus.

tus 23.q.4.verſ.poſſumus,& glo in cap. 1. de maledic. ver.à temeritate,& ideò nõ videtur extincta actio,tàmquàm nullo modo remiſſa. Et quàmuis dicere vellent a-
35 liqui † remiſſionem iuramento firmatam cẽſeri ſollemniter factam, & ſic omnia damna remiſſa tamen con-
36 trarium dicendum eſt, quia † aliud eſt damnum, aliud expenſarum refectio, ad quam iuramentum non ſe extendit,tex. eſt ad id notabilis in cap.in noſtra, vbi glo. verſ.damnorũ de iniurijs, niſi exprimatur expreſsè,dicto cap.in noſtra,& facit de homicid. in 6. cap. prælatis,in gloſ.verſ.emendam, expreſsè autẽ id expreſſum intelligas,veluti ſi pleniſſima fiat remiſſio, ita vt etiam expenſæ videantur remiſſæ.

37 Sed † an remiſſio iniuriæ in pupillum inlatæ per tutorem facta, ſine decreto valeat? dicas quod non,quia omninò decretum requiritur, & cauſę cognitio, quòd expediat,de quo eſt glo.notabilis in l. 1.verſ.promiſerit.ff.de nouatio.

38 Sed pone † artificẽ percuſſum eſſe,an vltra medicinis, medicouè expẽſa, quas ammiſit ægrotãs operas poſſit petere? dicas quòd ſic, & nec ea quidem ſolum, ſed etiam quas ammiſurus eſſet inutilis factus. ff. ſi quadrupes paup. fec. dicat. l.ex hac. ff.ad l. aquil.l. qua act. in princ.ff de ſeru.corrupt.l.vt tantum.§ de filio, & ff.de ijs
39 qui deiecer.vel effud.l.1.& fin.Sed † qualiter futurarum operarum taxatio ſit facienda? etſi ſint qui exiſtiment iudicis arbitrio id remiſſum ex l.interdum.58.§. qui furem. ff de furt. Tu tamen ad tex recurras in hoc magiſtrum.in l.hæreditatum.ff.ad l.falcid.

Quid ſi corpus ob percuſſionem ſit deformatũ, vel mutilatũ an etiam corporis ſit facienda extimatio, vl-

tra

40 tra operarum? dicas quòd non, quia † liberum corpus
extimationem non recipit. d. l. ex hac, & l. 1. & fin.
41 Quæro modo † quid si puella in capillis percutiatur,
& deformetur, an eius quoquè rei sit extimatio facien-
da, quia difficilius maritũ inueniet? dicerent fortè quid-
dam quod non, per d. l. ex hac, primam, & fi. Ipse aùtem
dubio procul, & indistinctè dicerem percutientem tene-
ri ad dotem huic puellæ assignãdam, & sic extimari de-
bere vulnus, per quòd facies, aut corpus deformatur, q̃a
42 vt dicit Apuleius lib. 2. de Magica, † formosa virgo opi-
do pauperior, abundè dotata est, vnde formositatẽ de-
formans, videtur dotem perdere, & per consequens te-
nebitur ad restitutionem. arg. ff. de regul. iur. l. is damnũ
43 130. Vnde † culpæ reus dicitur, qui alienam segetem lę-
serit, in propriam stipulam ignem die ventoso emittẽs,
quia rei illicitæ dedit operã, inspecto tempore, ideòq́.
44 ad combustæ rei extimationem tenetur, † is enim qui
dando causam dedit, damnum etiam dedisse videtur. ff.
45 ad l. aquil. l. qui occidit. §. in hac quoq́. Nec obstaret †
damnum pati, a non sentire lucrum differre, vt C. de iu-
re codic. l. fin. §. fin. & C. de iure deliber. l. fin. §. licentia,
quia damnum pati videtur, qui commodum ammittit,
vt in casu nostro. ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. dãnũ aù-
46 tem, † est namq́. damnum a deminutione dictum, quia
nihil est aliud, quam deminutio. ff. de damno infect. l.
damnum. Quinimmo adderẽ taliter deformantem nul-
lo modo absolui posse, nisi puella dotata, & sic dando
47 restituto, † cum peccatum non remittatur, donec abla-
tum restituitur. 23. q. 8. cap. pessimam, intelligas modo
48 posset, † quoniam in possibilium nulla est obligatio de
reg. iur. in 6. cap. nemo potest. & ibi glo. & ff. eod. dicto.
l. im-

l. impoſſibiliũ, etiam ſi iuramento firmetur. 22. q. 4. per
49 totum. Nec mirum quia † inter præcipua corporis bona pulchritudo primum obtinet locum ex Cicer. lib. 4. Tuſcular. quæſtio. legitur præterea, ex Homero lib. 13. Iliad. (vt hæc licet omnibus nota veritas antiquorum probetur exemplis,) Othriſoneum Cabeſorum Regem ſpopondiſſe Priamo ſe hoſtes à Troia eff[u]gaturum, ſi eius filiam Caſſandram pulcherrimã, ei etiam ſine dote
50 nuberet. † Quid enim iucundius domi eſſe poſſet vxore formoſa? audi Eccleſ. cap. 39. ſpeties mulieris exhilarat faciem viri ſui, & Proph. Pſal. 44. concupiſcit Rex decorem tuum, hinc legitur Iacob ſeptem annis ſeruiuiſſe Laban parenti Rachel, vt dictam eius filiã formoſam valde, vxorẽ ei daret ex Geneſ. cap 26. Et cui
51 dubium † ſicut Sol Oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic, & mulieris bonæ ſpeciem in ornamentum domus eſſe, vt ait Eccl. cap. 26. +

et Tac. lib. 3. ann. an. ab urb. cond. 772 f. mihi 99. ait. Quod honestius quã uxoriũ levamentũ.

Quin aùtem de hoc habeas quaſi tex. in terminis, vi-
52 deto in l. ſi ſeruus ſeruum, §. rupiſſe aùtem, vbi † Cicatrix, & deformitas, per quam animal vilior efficitur extimatur.

53 Sed pone † quòd gratum fiat ſeruitium poſt factam iniuriam, an dici poſſit iniuria remiſſa? dicerẽ, quod ſic
54 per tex. in l. in ipſius. C. famil. hercisc. Quemadmodum † legata, & fideicommiſſa grauiſſimis inimicitijs emergentibus vidẽtur adempta. ff. de adim. leg. l. ſi quis ita. §. fi. n. ſed amicitia iterum contracta reintegrã[t]ur. ff. eo. d. l. quod ſi iterum facit. ff. de leg. 2. l. Lutius Titio. 90. §. Lutius Titius. An autem id obtineret antequàm paſſus agat, vel etiam ſi egerit, atq. litem ſit conteſtatus, dicerem quod ſic in vtroq. caſu, ſed gratum ſeruitium

pro-

probādi onus ad ipsum inferētem spectare arg. d. §. Lucius Titius, ibi, manifestè docerent.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria redditur atrox ex loco.*
2 *Delinquens ante Proregis domum acerrimè punitur.*
3 *Iniuriam Ecclesiæ factam quis remittat.*
4 *Donatio Ecclesiæ facta nullius ingratitudine reuocatur.*
5 *Deus gratiarum est omnium liberalissimus.*
6 *Episcopus pater est suæ ecclesiæ.*
7 *Pater filio factam iniuriam remittit.*
8 *Episcopus rerum Ecclesiæ procurator est non dominus.*
9 *Procurator sui principalis conditionem deteriorem facere non potest*
10 *Iniuriarum actio ante litem contestatam in bonis nostris non est.*
11 *Episcopus cum Capitulo Ecclesiæ factam iniuriam remittit.*
12 *Episcopus, quæ propriam personam tangunt remittit, non quæ suam Ecclesiam.*
13 *Iniuriam monaco factam quis remittit, & quid si conuerso fiat.*
14 *Actio cui competat si vis in domo locata fiat.*
15 *Domus habitationis tutissimum, cuiq; refugium est.*

Iniuriam

16 *Iniuriam viatori factam in hospitio existēti quis accuset.*
17 *Iniuriam fundo, qui domino colitur inlatam quis vindicet.*
18 *Iurare se iniuriam non fecisse, quando reus compelli possit.*
19 *Iurare nolens delatus suspectus redditur.*
20 *Iurans iniuriam non intulisse, statim liberatur.*
21 *Confessi pro iudicatis habentur.*
22 *Iuramento re decisa, nil aliud quæritur.*
23 *Iuramento reo delato, ab iniuriam passo an referri possit.*
24 *Iniquum est alium de alieno facto iurare.*
25 *Ebrius iniuriam inferens ad quid teneatur.*
26 *Ebrius in culpa est.*
27 *Ebrius scienter factus peccauit mortaliter.*
28 *Ebrius a militia repellitur.*
29 *Ebrius doctor exauthoratur.*



Ec minus in quo loco. *u*

V In quo loco Locus quoque in quo infertur iniu-
1 ria consideratur † cum ex eo quandoque reddatur atrox, puta si in domo Principis fiat, cui habitus nō sit respectus, vel in Ecclesia iusta §. atrox instit. de iniur. & ff. eod. dicto. l. prætor
2 ædixit. §. atrocem, propter quòd † in Ciuitate Neapolis

lis,Patria mea Nobiliſſima acerrimè puniuntur, qui ne dum Proregis ipſius in domo,ſed etiam ante eius Palatium delinquunt,præſumitur enim quod alibi aliud deterius attentaſſent.

3 Quid † ſi Eccleſiæ fiat iniuria, quis poterit eam remittere? dicunt quidam neminem poſſe, videmus e-
4 nim † donationem Eccleſiæ factã ingratitudine, Epiſcopi,vel Capituli, & omnium ſimul reuocari non poſſe,quia Deo facta videtur de condit.oppoſ. cap. verum
5 † qui nunquàm dici poterit ingratus, quoniam largitor eſt gratiarum omnium liberaliſſimus, ergo idem ex cõtrario in iniuria.

6 Item videtur Epiſcopum ſolũ poſſe eam remittere,†
7 quia pater eſt 95.diſt. ca. eſto, † poteſtq. pater filio factam iniuriam remittere.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius.§.filio famil.& infra dicam.

8 Nec obſtaret † procuratorẽ eſſe rei Eccleſiæ nõ dñm
9 12.q.1.cap.vlt.Et † vti procurator conditionem Eccleſiæ deteriorem facere non poſſe. extra de donat. cap. 2. Et notat gloſſ.in cap.contingit.verſ.iniurioſa, de ſent. excomm.& gl.In cap.ſi is qui Prælatus. verſ. poſſumus.
10 23.q.4.† Quia iniuriarum actio ante litem conteſtatã in bonis noſtris non eſt.ff. de iniur. l. iniuriarum. 28. Et ideò ſolus poſſet remittere arg.extra de his, quæ fiunt à Prælatis.cap.cum Apoſtolicæ.

11 Nos autem dicimus cum gloſſ. in d. verſ. poſſumus † poſſe Epiſcopum remittere,ſed non ſine Capitulo,quia
12 procurator eſt non dominus d.cap.vlt.Et † quæ propriã perſonam tangunt ſolus remittit, non quæ ſuam Eccleſiam,nõ enim leuiter Deum offendit, qui dominico debitori dimittit, debitaq. cœleſtis Regis, & domini ſua

H præ-



Ec minus in quo loco. *u*

V In quo loco Locus quoque in quo infertur iniu-
1 ria consideratur † cum ex eo quandoque reddatur atrox, puta si in domo Principis fiat, cui habitus nō sit respectus, vel in Ecclesia iusta §. atrox instit. de iniur. & ff. eod. dicto. l. praetor
2 aedixit. §. atrocem, propter quòd † in Ciuitate Neapolis

lis, Patria mea Nobilissima acerrimè puniuntur, qui ne dum Proregis ipsius in domo, sed etiam ante eius Palatium delinquunt, præsumitur enim quod alibi aliud deterius attentassent.

3 Quid † si Ecclesiæ fiat iniuria, quis poterit eam remittere? dicunt quidam neminem posse, videmus e-
4 nim † donationem Ecclesiæ factã ingratitudine, Episcopi, vel Capituli, & omnium simul reuocari non posse, quia Deo facta videtur de condit. oppos. cap. verum
5 † qui nunquàm dici poterit ingratus, quoniam largitor est gratiarum omnium liberalissimus, ergo idem ex cõtrario in iniuria.
6 Item videtur Episcopum solũ posse eam remittere. †
7 quia pater est 95. dist. ca. esto, † potestq́. pater filio factam iniuriam remittere. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. filio famil. & infra dicam.
8 Nec obstaret † procuratorẽ esse rei Ecclesiæ nõ dñm
9 12. q. 1. cap. vlt. Et † vti procurator conditionem Ecclesiæ deteriorem facere non posse. extra de donat. cap. 2. Et notat gloss. in cap. contingit. vers. iniuriosa, de sent. excomm. & gl. In cap. si is qui Prælatus. vers possumus.
10 23. q. 4. † Quia iniuriarum actio ante litem contestatã in bonis nostris non est. ff. de iniur. l. iniuriarum. 28. Et ideò solus posset remittere arg. extra de his, quæ fiunt à Prælatis. cap. cum Apostolicæ.
11 Nos autem dicimus cum gloss. in d. vers. possumus † posse Episcopum remittere, sed non sine Capitulo, quia
12 procurator est non dominus d. cap. vlt. Et † quæ propriã personam tangunt solus remittit, non quæ suam Ecclesiam, nõ enim leuiter Deum offendit, qui dominico debitori dimittit, debitaq́. cœlestis Regis, & domini sua

præſumptione reſoluit, d.c. ſi is, qui Prælatus, & cap. ſi ea, quæſt. & cau. ead. & de ſent. excommun. cap. cum deſideres in gloſſ. verſ. quam offendit.

Nec obſtat Deo videri factam iniuriam, quia etſi videatur, non tamen eſt, vt Deus ipſe omnipotens eam ſentiat, ſed vt acrius puniatur, qui Eccleſiæ iniuriam faciet pro quo vide de pœn. in 6. cap. 1. vbi gloſſ. verſiculo punire.

13 Sed † quis remittit iniuriam Monaco factã, qui ante Monacatum filium ſuſceperat? dicerem, & breuiter, ommiſſis, quæ latiſſimè per dd. Hac in re recenſentur, quòd ſi quidem Monaſterij fiat intuitu, vel ob eius cauſam, indiſtinctè ſoli Monaſterio actionem competere, ſi perſonæ, aut rerum filij, tunc filio, in dubio tamen vtriuſq. remiſſionem fore neceſſariam puto, ad quod facit glo. in l. ſi ex cauſa. §. Pomponius, verſ. cum ſtatum. ff. de minorib.

Quid autem in conuerſis dicendum eſt? dico idem, cum Monacis æquiparentur de ſent. excom. cap. Parochianos, & ibi gloſſ. pulchra ad materiam, verſ. ſatisfaciant.

14 Quæro etiam † Caius in domo locata vim patitur, an ipſe agat, vel inquilinus? iam quòd lex Cornel de iniur. ei competit, qui pulſatus, aut verberatus eſt, vel domus eius vi introita ſit. ff. de iniur. l. lex Cornelia in principio dicas inquilinum agere, quia ſiue conducta domus, ſiue gratis conceſſa ſit, ſiue in hoſpitio recepto vis fiat, lex Cornelia prædicta locum habet. d. l. lex Cor-
15 nelia. §. domum, † Eſt nàmq. habitationis domus tutiſſimum, cuiq. refugium. ff. de iniuſ. voc. l. pleriq. Vnde dixerat Cicero pro domo ad Pontif. Quid eſt ſanctius,

omni

omni religione munitius, quàm domus vniuscuiusque Ciuium, hic arcæ sunt, hic foci, hic dij pœnates, hic Sacræ Religionis cerimoniæ continentur, hoc profugium ita sanctum est omnibus, vt inde arripere neminem fas
16 sit, vt notat Apost. ad d. l. plerīq Sed † si viatori in hospitio ad momentum existenti, vis talis fiat, tunc ei, qui habitat competit actio. d. l. lex Cornelia. §. cæterum, vers.
17 hospitio in glo. † Eam tamen iniuriam quæ in fundo infertur, qui pro domino colitur dominus vlciscitur, & accusat, cum ei facta intelligatur. d. l. lex Cornelia. §. si tamen in fundum.

18 Sed † nunquid passus Ciuiliter agens ex hac Constitutione reo possit iusiurandum deferre, vt iuret se iniuriam non fecisse? dicas quòd sic, vt dicto §. si tamen in fundum, in fine, omnibus enim in causis, ciuiliter intentatis poterit iuramentum deferri, secus si criminaliter. C. de reb. cred. l. bonæ fidei, ff. eo. dicto l. 3 §. 1. ff. de act.
19 rerum amot. l. Marcellus, † quòd si nollet, ex eo præsumetur suspectus. gloss. in cap. si verò aliquis de sentent.
20 excom. vers. noluerit. † Sin veruntamen delatus iuret reus, se iniuriam non intulisse, approbetq delationem iudex, statim liberabitur, nec illud quæri oportebit vtrumnè facta sit iniuria, sed an quis iurauerit institu. de actio. §. item si quis postulante. ff. de iure iur. l. non erit,
21 & l. nàm postea. §. 1. & ff. eod. dicto l. duobus in fine.
22 Confessi enim pro iudicatis habentur, qm̄ re † iudicata, vel iureiurando decisa, nihil amplius quærendū est; ff. de re iudic. l. post rem.

23 An autem is cui iuramentum delatum est, vt dicat se intulisse, vel non, volens referre, vt passus dicat se passum, vel non, sit audiendus? Videtur, quod sic. C.

de reb. credit. l. delata. ff. de iure iuran. l. iusiurandum, & ad pecuniam. §. datur. Item videtur dicendum, quòd non ob odium delinquentis, quoniam in actionibus ex delicto peruenientibus licet agatur Ciuiliter reus iurare compellitur, nec referre potest, vt per glo. in d. l. delata, verſ. referat, & in d. l. Marcellus verſ. promiſiſſe. Tu tamen dicas, quòd ſi quidē id de quo quæritur in actoris, & rei ſcientiam cadere poteſt, eo caſu iuramentum referri poteſt ſicut, & deferri, vt d. l. delata, ſin ſecus puta ſolius rei, forſan facta ſit iniuria de lōgè, de nocte, de retro, vel aliter eiuſmodi, & tunc, etſi deferri poſſit
24 in cauſa Ciuili, referri tamen haud poterit, quia † iniquum eſſet alium de alieno facto iurare, vt in d. l. Marcellus §. qui rerum vbi glo. verſ. de alieno, & in glo. fin. vbi additio.

25 Quid † ſi Ebrius inferat iniuriam an teneatur lege Cornel. de iniurijs? putarem dicendum, de verbali iniuria Ebrium non teneri, per text. in l. omne delictum. §. vinum. ff. de re milit. & in l. reſpiciendū §. delinquunt.
26 ff. de pœn. realem verò ebrium ſatisfacturum, quoniā † ex ebrietate videtur in culpa. arg. ff. pro ſoc. l. cum duob. § damna, quàmuis mitius eo caſu agi debeat, arg. d. §.
27 vinum. Et adeò in culpa eſt, quòd † peccat mortaliter, quando ſuperfluè bibit, & inebriatur. 25. diſt. cap. vnū
28 orarium. §. alias ea demum, & quòd † propter ebrietatem quis à militia repellatur eſt text. ff. de re milit. in d.
29 l. omne delictum. §. qui ſe, † ſi erit doctor exauthoratur moriens non eſt in Cemeterio ſepeliendus, vt fuſius nos alibi Deo dante ſcripſiſſe comperies.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Iniuria augetur si turba præsente fiat.*
2 *Actio iniuriarum interdum tribus competit.*
3 *Remissio iniuriæ pluribus competentis, quando alijs præiudicet.*
4 *Filia iniuriam remittens patri non præiudicat.*
5 *Pater inofficiosi querelam inuito filio contra matris tabulas instituere non potest.*
6 *Filius institutus potest de per se non adire.*
7 *Querela inofficiosi non est actio.*
8 *Pater filio factam iniuriam eo inuito remittit, non è contra.*
9 *Maritus filiæ agit, etiam si ipsa, & eius pater remisisset.*
10 *Agere alter non potest si vnus egerit, & succubuerit.*
11 *Socer loco parentis est.*
12 *Socer cum genero lauari fas esse veteres crediderunt.*
13 *Patre cum socero concurrente pro iniuria filio, generoq; facta, quis præferatur.*
14 *Potentior est natura quàm accidens.*
15 *Iniuriæ ob causam remissio, causa non sequuta non reuocatur.*
16 *Actio ex ingratitudine non reuiuiscit.*
17 *Actio iniuriarum per pactum ipso iure tollitur.*
18 *Iniuriarum actio ex contumelia non ex pacto nascitur.*

Præsen-

de reb. credit. l. delata. ff. de iure iuran. l. iusiurandum, & ad pecuniam. §. datur. Item videtur dicendum, quòd non ob odium delinquentis, quoniam in actionibus ex delicto peruenientibus licet agatur Ciuiliter reus iurare compellitur, nec referre potest, vt per glo. in d. l. delata, vers. referat, & in d. l. Marcellus vers. promisisse. Tu tamen dicas, quòd si quidē id de quo quæritur in actoris, & rei scientiam cadere potest, eo casu iuramentum referri potest sicut, & deferri, vt d. l. delata, sin secus puta solius rei, forsan facta sit iniuria de lōgè, de nocte, de retro, vel aliter eiusmodi, & tunc, etsi deferri possit
24 in causa Ciuili, referri tamen haud poterit, quia † iniquum esset alium de alieno facto iurare, vt in d. l. Marcellus. §. qui rerum vbi glo. vers. de alieno, & in glo. fin. vbi additio.


25 Quid † si Ebrius inferat iniuriam an teneatur lege Cornel. de iniurijs? putarem dicendum, de verbali iniuria Ebrium non teneri, per text. in l. omne delictum. §. vinum. ff. de re milit. & in l. respiciendū. §. delinquunt.
26 ff. de pœn. realem verò ebrium satisfacturum, quoniā † ex ebrietate videtur in culpa. arg. ff. pro sot. l. cum duob. § damna, quàmuis mitius eo casu agi debeat, arg. d. §.
27 vinum. Et adeò in culpa est, quòd † peccat mortaliter; quando superfluè bibit, & inebriatur. 25. dist. cap. vnū
28 orarium. §. alias ea demum, & quòd † propter ebrietatem quis à militia repellatur est text. ff. de re milit. in d.
29 l. omne delictum. §. qui se, † si erit doctor exauthoratur moriens non est in Cemeterio sepeliendus, vt fusius nos alibi Deo dante scripsisse comperies.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Iniuria augetur ſi turba præſente fiat.*
2 *Actio iniuriarum interdum tribus competit.*
3 *Remiſſio iniuriæ pluribus competentis, quando alijs præiudicet.*
4 *Filia iniuriam remittens patri non præiudicat.*
5 *Pater inofficioſi querelam inuito filio contra matris tabulas inſtituere non poteſt.*
6 *Filius inſtitutus poteſt de per ſe non adire.*
7 *Querela inofficioſi non eſt actio.*
8 *Pater filio factam iniuriam eo inuito remittit, non è contra.*
9 *Maritus filiæ agit, etiam ſi ipſa, & eius pater remiſiſſet.*
10 *Agere alter non poteſt ſi vnus egerit, & ſuccubuerit.*
11 *Socer loco parentis eſt.*
12 *Socer cum genero lauari fas eſſe veteres crediderunt.*
13 *Patre cum ſocero concurrente pro iniuria filio, generoq́; facta, quis præferatur.*
14 *Potentior eſt natura quàm accidens.*
15 *Iniuriæ ob cauſam remiſſio, cauſa non ſequuta non reuocatur.*
16 *Actio ex ingratitudine non reuiuiſcit.*
17 *Actio iniuriarum per pactum ipſo iure tollitur.*
18 *Iniuriarum actio ex contumelia non ex pacto naſcitur.*

Præſen-

X  Vibus præſentibus. x

1 Præſentibus Nàm † ſi turba præsēte fiat augetur delictum,atquè ideò iniuriarũ pœna.ff.de iniur.l. prætor edixit. §. ſi mihi plures, veluti ſi coram decem perſonis ex quibus turba conſtituitur.ff.vi bonor.rapt.l. prætor.§. 1.

2 Sed ecce † interdum tribus iniuriarum actio competit,nàm ſi vxori Titij filiæfamilias fiat iniuria, Titio, patri eius,& ipſi competit actio.ff.de iniur.l. 1. in fine,
3 inſtit.eo.§.patitur,aùtem,& C.eod.l.2. † Quid ſi eorum vnus remiſerit, nùm agere poſſit alter? & ſimpliciter videtur dicendũ,quod ſic,quia dicit text.in d.l.1. vnius actionem per alterius non conſumi, facit. ff de furt.l. inter omnes,§.hæc actio,nec impugnaret.ff.de actio.& obligat. l.plura, vbi etſi vna in re plura delicta plures actiones admittant, omnibus tamen actor vti non poterit,quia ibi plures vni competũt, hic vna pluribus, nos
4 aùtem diſtinguēdum putamus, vtſi quidem† filia familias eam remittat, patri non præiudicat, quin poſſit agere.d.l. 1.§.vſquè adeò,arg.ff.de minor.l.patri.
5 Nec obſtaret † filij ſui nomine patrem eo inuito contra matris tabulas inofficioſi quærelam inſtituere non poſſe,vt ff.de inoff.teſt.l.Papinianus in prin.quia ibi ſolius filij iniuria ē,vt in d.l. Papinianus dicitur ſolius,probo;
6 Nàm † quotiesfilius inſtituitur poſſet ipſemet de per ſe non adire,vt dicitur etiam de ſeruo. C.de hæred. inſtit. l.3.

7 l. 3. Quærela enim (& hoc amplius) non est actio, alias patri, etiam quæreretur iure veteri in totum, nouo verò quo ad vsum fructum, & inuito filio agere posset. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. vbi aùtem, sed in casu nostro æqualiter actio patri competit, & filio. d. l. 1. in fin.

Sin aùtem pater ipse remisisset, agere filia non pote-
8 rit, nàm † etsi filius filiauè sibi factam iniuriam inuito patre non remittit, pater tamen sic filijs inuitis, nisi vilis adeò, & abiecta esset persona patris, quòd filij honestiorem, atquè digniorem ostenderet ff. de iniur. l. sed si vnius. §. filio familiàs, & per gloss. in l. in persona vers. quin. ff. de pact.

9 Atq. per hoc cum vna sit actio tribus competens, † si pater, & filia remiserint, adhuc agere poterit maritus filiæ, vnius enim actio per alterius non consumitur, vt
10 supra dixi, quominus agat intelligas, quoniã † si prædictorum vnus egerit, atq. succubuerit, etsi alterum agere posse videatur cum socij non sint in agendo arg. ff. de recept. arbitr. l. si duo, verius tamen putarem rei iudicatæ exceptione submoueri, quia res in superius iudiciũ deducta, & finita est. ff. de noxal. act. l. in delictis. §. si detracta noxæ, vbi gloss. vers. amplius, ne sæpius de eiusdem hominis admisso quæri contingeret. ff. nautæ caupon. stabul. l. licet gratis in fine, facit. ff. de euict. l. si per imprudentiam in fine.

Nunquid quòd in patre diximus, in socero etiã obti-
11 neat? dicas quòd sic, quia † socer loco parẽtis est. ff. sol.
12 matrim. l. quia parentis, ob quòd † socerũ cum genero lauari veteres nefas esse crediderunt, vt refert Valer. maxim. lib. 2. cap. 1.

13 Sed † si pater cum socero cõcurrat, quis præferatur?

dic

dic patrem, quia etsi socer loco parentis habeatur, pater tamen non est. d. l. quia parentis, Sed puto dari prælationem quoties isti vellent agere nomine filiæ, vel nu-
14 rus, quia tunc pater naturalis præferretur † cum potentior sit natura, quàm accidens, vt notatur. ff. de orig. iu. l. 2. in gloss. vers. ex accidēte, & ibi scripsi Sed si proprio nomine, vnusquisq. admitteretur, nec vnius actio per aliam alteri competentem consumeretur. d. l. 1. ff. de iniur. in fine.

15 Sed † pone, quòd remissa sit iniuria ob causam, puta iniuriam, qui intulit, ne conueniatur promittit centum, remittitur iniuria, & illa centum non soluuntur, an per hoc remissio reuocetur? videtur, quod sic per ea, quę notantur toto tit. ff. de condit. causa data, causa non seq. Ipse autem dico quòd non, sed potest agi ad illa cētum,
16 † quia actio ex ingratitudine non reuiuiscit, gloss. in l. si donationis. C. de donatio. & ff. de pact. l. si vnus. §. sed si pactum conuentum, facit. C. de transact. l. vbi pactum
17 conuētum, † actio enim iniuriarum per pactum ipso iure tollitur. ff. de pact. l. si tibi demum. §. quædam actiones, vbi gloss. vers. tolluntur nimirum si prima actione sublata, posterius pactum de soluendo ad eam sit, repa-
18 randā inefficax, eoq. magis, cum † non ex pacto iniuriarū nascatur actio, sed ex cōtumelia. d. §. sed si pactū.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in iuditio, vel coram Principe, punitur grauius.*

Notorij

2 *Notorij actus, absq; figura iuditij iudicantur.*

3 *Iniuria ad iuditium eunti facta, an ac si in iuditio facta esset habeatur.*

4 *Officialis an cognoscat de iniuria sibi facta.*

5 *Iudex nemo esse potest in causa propria.*

6 *Iniuria officiali facta Curia sedente videtur dignitati facta.*

7 *Iniuriosa inferens verba, vera tamen quando teneatur iniuriarum.*

8 *Defectus nostros detegi inhumanum est.*

9 *Seruam vocans, quæ libera est, quando teneatur.*

10 *Iniuriam facere non videtur, qui iure suo vtitur.*

11 *Animus attenditur principaliter in delictis.*

12 *Voluntas spectatur non exitus maleficij.*

13 *Animus malus puniendus est, etsi bonus sortitus sit effectus.*

14 *Deus cor non manus interrogat.*

15 *Malum non punitur si sine animo factum sit.*

16 *Denuntiatores ex inimicitia moti repelluntur.*

17 *Proditor est, non corrector, qui coram omnibus arguit.*

18 *Domus vnius, quod factum est, alterius in domo notificari non debet.*

19 *Peccata nocentium, quando nota esse expediat.*

20 *Delicta non debent remanere impunita.*

21 *Auditori inuito nemo libenter refert.*

AN in iuditio, y vel extra iuditium iniuria sit commissa.

Y

An in iuditio Item is † qui in iuditio
1 delinquit grauius puniendus est, quàm si alio in loco extra Principis, vel Tribunalis conspectum. ff. de iniur. l. prætor edixit in fi-
2 ne, hinc videmus † in notorijs sine figura iuditij procedi, nàm Iudex eo casu statim, sedente Curia posset delinquentem punire, de quo est gloss. in cap. Deus omnipotens. vers. iudicij. 2. q. 1.

3 An aùtem † iniuria facta eunti ad iudicium æquipararetur ei, quæ fit in iudicio dicerem, quòd sic, quoad pœnam, non tamen quoad modum procedendi, arg. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. qui dolo, & arg ff. de sponsal. l. Oratio, quoniam si quid prohibetur omne id per quòd ad illud deuenitur prohibitum dicitur ff. de pact. l. quod dictum. ff. de fideiuss. l. cum lex, & C. de naturalibus liber. l. legē in fine.

4 Itē quæro, † an officialis possit cognoscere de iniuria sibi facta, vti priuato, vel suæ familiæ? videtur, q; nō, q2
5 † nemo potest esse Iudex in causa propria. C. ne quis in sua causa. l. vnica, & ff. de iurisd. omn. iud. l. qui iurisdictioni, ff de iniur. l. lex Corn. nisi vsquè ad litis contestationem. ff. de off præsid. l. Senatus, vltra. n, vnde esset tale iuditium suspectum valdè, vnde putauerūt quiddam, q; si delictum esset notorium, cessaret suspitionis ratio, & per consequens posset cognoscere, vsquè ad sententiam

iuclusi-

inclusiuè per tex. de pœn. in 6. cap. 1. vbi glo. vers. punire, & facit 7. q. 1. cap. sicut alterius, maximè si ei facta esset iurisdictionem exercendo, quia videretur dignitati illata, non personæ, arg. ff. de postul. l. 1. in princ. Nobis autem semper optimum esse placuit, criminis suspitionem, & crimen ipsum aufugere, ideoq. ea in re diximus posse officialē informationē capere, q̄m officij præsumptio, doli, atq. passionis præsumptionem excluderet, captamq. ad superiorem alteri committendam dimittere, vt in auth. de defensor. Ciuit. § vt iudicare vers. si verò egerunt, sic enim ipsimet inquirendo satisfiet; eritq. satisfactum, & parti, quæ suspectum iuditiū non habuit.

7 Ex his quæro † an inferens verba iniuriosa, vera tñ teneatur iniuriarū? & videtur duplici modo distinguendum. Primo aut Reipublicæ interest conuitium sciri, & tunc siuè culpa iniuriam passi adsit, dicatur fortè homicida, siue absit, si fortè leprosus, quia tamen expedit reipublicæ morbum esse notum, & verum dictum est, nō tenebitur. ff. de iniur. l. eum qui 18. & l. quod Reipublicæ 33. & C. de off. rect. prouint. l. iustissimos. ff. ad Sylan. l. lege. Aut non interest, vt si vocetur fortè claudus,
8 vel cœcus, & tenebitur etiam si verum dicatur † inhumanum nàmq. est, atq. iniuriosum nostros defectus detegi. C. quando, & quib. quarta pars. l. 2. § quid enim tā durum. Secundo distinguendum videtur, aùt iniuria dicatur in iuditio, aùt non, primo casu videtur id posse impunè fieri, secūdo non, vt sentit glos. 2. q. 1. c. si peccauerit, vers. sed proditor in fine, per illum tex. ff. de iniur. l. eum qui nocentem, vel dicendum, quòd aùt quis in iuditio inferat iniuriam, puta † dicat auiam tuam ancillā,

& eo casu volens id probare audiendus est, nec interim tenebitur donec libera fuerit pronuntiata. & sic intelligunt.l. siquidem, C.eod.dicto, & l. si quid de libertate. ff.
10 eod.dicto.cum † nemini videatur iniuriam facere, qui suo iure vtitur, atquè ordinaria iurisdictione experitur. ff de reg.iur.l.factum. 198.& ff.de iniur.l.iniuriarum 13. Sed hæc secunda distinctio nobis non placet, prout nec prima, quia nihil interesset, an in iudicio sit facta, vel dicta iniuria, vel extra, vt notat gl.in d. l. eum qui vers.
11 infamauit, & † in delictis principaliter animus attenditur delinquentis.ff.de fur.l.q. iniuriæ in princ.propterea dicendum putamus. Semper † iniuriam dicentem teneri, quòd animus iniuriæ faciendæ in eo inueniatur. arg. de iniur. cap. si culpa, & d.l.eum qui, nequè veritatem solam conuitij iniuriantem ab actione iniuriarum eximere.arg.C.de postul.l. quisquis propè princip. & C. de off.rect.prouint.l.iustissimos. vers. nàm si veræ voces sint, quia non sola conuicij veritas ab iniuriarum actione liberabit, nisi voluntas quoquè iniuriandi deficiat, cum sit inhumanum, &c. vt C. quando, & quib. quar.
12 pars.l.2. lib. 10. Hinc videmus in maleficijs voluntatem spectari non exitum.ff.ad l.Cornel.de Sycar.l.diuus vbi
13 pulchra glos. Hinc † sicuti punitur malo animo factum; etsi bonus inde sortiatur effectus.23 q.5.cap. relegētes. in princ.nàm Christum crucifigi bonum, & vtile fuit, q.a per hoc redempti sumus, tamen qui eum crucifixerunt dignè puniti sunt, malo enim id animo moti commiserunt, de collus. deteg.cap. 1.vbi gloss.vers. qualitas, † cor
14 nàmq. Deus interrogat non manus. 24. q. 5.cap. si quid inuenisti, nec quæ fiunt attendit, sed quo fiant animo. 15.q.6 cap. 1.in fi.23.q.8.cap. occidit, de pœnit.dist. 1. cap. aùt

cap. aut facta, ff. de furt. l. verum eſt. 40. & l. qui iniuriæ.
15 55. Ita ècontra † non attenditur factũ, vel dictum in ſe malũ, ſi tamen iniuriandi voluntas deficiat. ff. de iniur. l. illud. §. 1. & 2.

Caueant ergo maledici, ne credẽtes mala in aliquos
16 poſſe dicere, licet vera ſint, teneantur iniuriarum, † ij enim qui malo moti ſunt animo à denuntiatione repelluntur de ſent. & re iudic. cap. cum I. & A. & de accuſatio. cap. cum oporteat, multo ergo fortius à diffamatio-
17 ne ſunt repellendi. Inde † dicitur non correptor, ſed proditor, qui coram omnibus, (etſi iuſtè) arguit, quòd pauci ſciũt. 2. q. 1. c. ſi peccauerit, deteriores nãmq. ſunt qui vitam, moreſq. bonorum corrumpunt his, qui ſub-
18 ſtantiam aliorum, prædiaq. diripiunt, quia † quòd in vna fit domo, non debet in alia notificari. 6. q. 1. cap. ex meritò, nimirũ ergo ſi quis famoſo libello alterius honorem læſerit, tametſi vera obiecta ſint crimina, morte punietur. C. de famoſ. libell. l. 1.

Non obſtabit d. l. eum, qui cum ſimilibus, eã enim loqui intelligimus, quando aliquem quis accuſat, vt pu-
19 niatur, † tunc enim peccata nocentium nota eſſe ex-
20 pedit, vt per id alij à ſimilibus arceantur, & † ſic delicta non remaneant impunita, vt ff. ad l. aquil. l. ita vulneratus, idq. ſi probetur verum, quod accuſatur, vt ſupra dixi per l. ſi quidẽ C. de iniur. ideòq. ſint prudentes, qui audiunt, vt aliorum contumeliam eis loqui nõ permittant, quia nemo inuito auditori libenter refert. d. cap. ex merito.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iniuria atrox efficitur propter locum vulneris:*
2 *Barbam expilans rixando, an atrocem iniuriam faciat, & qua sit pœna plectendus.*
3 *Vsus feudorum quando ad causarum decisiones allegari possit.*
4 *Ius feudorum est ius consuetudinarium:*
5 *Spetialia non trahuntur in consequentiam:*
6 *Iniuriarum an pro omni leui agendum sit verbo*
7 *Verba omnia non sunt pro iniuria habenda.*
8 *Iracundiæ calor, quando excuset.*
9 *Linguæ lubricum non est facilè trahendum ad pœnam.*
10 *Iniuria leuis, & non contra bonos mores non punitur.*
11 *Actio pro modico dolo non datur.*
12 *Restitutio pro modica læsione non conceditur.*
13 *Furti actio, quare detur pro modico.*
14 *Iniuria iterata punitur grauius.*
15 *Principis liberalitate non gaudet, qui sæpius delinquit.*
16 *Principis rigorosus iussus non est illico exequutioni demandandus.*
17 *Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum:*
18 *Iniuria est atrox, etiam si corpus non tangatur, sed ve-*

stes

ftes tantum percutiantur.

19 *Clerici vestem percutiens est excommunicatus.*

20 *Iniuriæ plures eidem eodemq; tempore factæ, an coniungi debeant, & quando.*

21 *Actio iniuriarum an cedi, vel vendi possit.*

22 *Cessibile, quod non est, non erit transmissibile.*

23 *Actio iniuriarum est transmissibilis, & quando.*

24 *Actio iniuriarum in bonis nostris non est antequàm litem contestemur.*

25 *Iniuriarum agens certam debet, quam se passum contendit iniuriam allegare.*

26 *Liberto in patronum, quando iniuriarum iuditium reddatur.*

27 *Maritus libertæ in patronum, quando pro vxoris iniuria agat.*

28 *Incertitudo sæpè nocet, etsi quandoq; iuuet.*

29 *Iniuriarum quando agere possit de statu dubius.*



Llam etiam loci confiderationem iubemus habendã, in qua parte *a* corporis, is qui iniuriam patitur iniuriam patiatur. *b*

Parte

A Parte Locus etiam offensus consideratur, quia † nē dum vulneris magnitudo atrocitatem facit,
1 sed ēt locus vulneris, vt si oculus percutiatur. ff. de iniur. l. vulneris, & l. prætor edixit in fine, & instit. eod.
2 dicto §. atrox. Quid † si quis alicui barbam expilet, an atrox dicatur iniuria? dicerem quòd sic, cum in facie facta sit, arg. instit. de iniur. §. atrox. Sed qua erit pœna plectendus? videtur ad decem libras passo teneri, & Curiæ ad viginti, vt dicit text. vnicus ad id in V sib. feud. de pace ten. cap. 1. §. si quis aliquem, certam enim iuris habemus legem, ad quam Constitutio præsens in eius principio se remittit. Sed non vtiq. sic nos in tali-
3 bus assentimur, quia † etsi feudorum vsus ad causarum decisionē iure allegetur, de feudalibus tamen intelligi-
4 mus, extra enim illas allegari non conceditur, quia † ius feudorum ius est consuetudinarium, & sic speciale
5 aliquibus in locis vigens, & † quæ specialiter ordinata regūtur, trahi nequaquàm poterint in consequentiam, quia non hoc Princeps, vult.

Quæ nàmq. alicui ob merita indulgeat, vel pœnam ad aliorum exemplum inferat. ff. de pœn. l. aùt facta in fin. subueniatuè particulariter, vt clericis, cum quibus multa sunt spetialia auth. vt cleri. apud proprium Epis. & C. de Episc. & Cler. l. cum Clericis, & C. de legib. l. 2. fine exemplo sunt. ff de constit. Princip. l. 1. in fine, vbi gloss. vers. non egreditur, dicimus ergo iudicis id remittendū arbitrio, vt hoc eo. glossemate alibi similia tetigimus.

6 Sed vtrumnè, pro omni etiam leui agi possit iniuria? dicas quòd nō, quia vt actio cōpetat duo necessaria requiruntur. Alterū, quòd sit sufficiens, non modica, aùt
7 leuis, de sentent. ex re iud. cap. cum T. † non enim verba

om-

omnia funt pro iniuria habenda z. q. 3. cap. fi quis iratus,ideòq. † quidquid in iracundiæ calore fit, vel dicitur non prius ratum eft, quàm fi perfeuerãtia iudicium animi fuiffe appareat, de pœnit. dift. 1. c. diuortium, de verb. fign. c. nàm & ego. ff de nou. op. nunti l. fi opus. ff. ad l. Corn. de falf. l. q. falsã, 3z. q. 1. c. apud, & 1. q. 1. c. cõftat.

9 † Nec linguæ lubricum facilè àd pœnam trahendum eft. ff. ad l. Iul. maieft. l. famofi. §. nec lubricũ, hinc vitio caret (vt dicitur) inconfultus calũniæ calor. z. quæft. 3. cap. fi quem. §. notandum. Alterum quòd fit contra bonos mores. ff de iniur. l. item apud. §. 1. & §. adijcitur, nec impugnat gloff. in d. cap. fi quis iratus, vbi dum tex. dicit paruum conuitiũ non effe ꝓ accufatione habendum, refpondet, fed pro iniuria, allegans d. l. item apud, & 11. q. 1. cap. fi quis Sacerdotum, nàm ibi ex deliberatione fuit factum conuicium. Concludendum eft

10 igitur † pro modica iniuria, quæ nõ fit cõtra bonos mores actionem non dari, d. cap. cum T. vbi glof. verf. mi-

11 nimi, nàm † & pro modico doli etiam actio denegatur.

12 ff. de dolo. l. fi oleũm in fine, & l. feq. Item † nec pro læfione modica reftitutio. ff. de in integ. reftit. l. fcio illud,

13 & de reb. Ecc. non alien, cap. penult. † Et licet furti actio detur etiam pro modico, id tamen in odium delinquentis ftatutum eft. 14. q. 6. cap. vltimo.

14 † Quid fi pluries in die, & à pluribus leuis inferatur iniuria, an per hoc grauiter fit punienda? uidetur, ꝙ non, quia vbi lex nõ diftinguit, nec nos diftinguere debemus vulg. iur. fed fic eft, quod pro leui iniuria agi non poteft, vt fupra dixi, ergo. Tu aùtem dicas ne maiora contingat fcandala acrius id puniendum effe, vt vnius fit pœna, & aliorum exemplum. C. fi feru. exporta. ven. l. mo-

K ueor.

ueor.ff.de reb eorũ.l.quàmuis in fine. C. ad l.Iul.repet. l.1.C.de furt.l. si quis seruo alieno in fine, debent enim aliquorum supplicia exacerbari, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus sit. ff. de pœn.l. aùt facta in fin.maximè si tale delictum sit, quòd vel ex scriptura legis descendat, vel ad legis exẽplum sit vindicandum. ff.ad l.Iul.Maiest.l.famosi in fine, idq́. est, q̃ dicitur iterata delicta ob exemplum grauius punienda sunt.ff.de iure patronat.l.1.vbi glo. verſ.de futuræ, & ff. de pœn.l.capitalium.§.solent vbi glo. verſ.cum sæpius,
35 hinc † ad eos videmus augustæ liberalitatis humanitatem non extendi, qui veteris admissi impunitatem non emẽdationi, sed consuetudini deputauerunt. C.de Episc. aud.l.nemo deinceps in fine, vbi gloss. verſ.consuetudini, & ibi additio. Hinc de Abygeis puniendis Diuus Adrianus Beticeræ Proconsuli rescripsit, videlicet Abygei cum durissimè puniuntur ad gladium damnari solent, puniuntur aùtem durissimè, non vbicunquè, sed vbi frequentius est id genus maleficij, vt ff. de Abyg. l. 1.in princ.facit ad id.ff de pœn.l.hodie licet, & l.si diutino, vbi gl.verſ.in reatu, quæ est ad materia notabilis.
36 Id veruntamen hac in re attẽdas, nam † solent quandoque Principes grauiorem reis pœnam inferendã mãdare, vt alij terreãtur, atq́. à continuo delinquendi motu desistant, ne te prontum exequutioni præbeas, sed per triginta dies Principis forsan pœnitentiam expecta, infra quos reorum status, sors, & fortuna suspensa erit, vt ff. de pœn.l.si vindicari, ex quibus igitur notet quisquè alterius, in suo corde pœnam, vt dicitur in au-
37 th.de manda. Princip. §.titulos in princ. quoniam † felix est, quem faciunt aliena pericula cautum, vt hic de

mentis

mentis casus sit correctio sapientis.

18 †Quid si corpus non tangatur, sed vestes tantum percutiantur, an ex hoc atrox dicatur iniuria? dicas, quòd sic vt ff. de iniur. l. sed est quæstionis, nec obstaret. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. 1. § hæc autem verba, vbi in factum non datur actio ob vestiméta scissa, quia ibi expressè corporis requiritur nocumentum, hic autem suf-
19 ficit vestimenta percuti, hinc videmus †in canonem incidere qui vestes clerici percutit, de pœnit. dist. 1. cap. si quis pulsatus, in glo. vers. vapulaturus, & in cap. si quis suadente. 17. q. 4. in glo. vers. manus.

20 †Sed pone, quòd alicui vno, eodemque tempore plures fiant iniuriæ, nunquid agendo quas simul passus est iniurias teneatur coniungere? respondeo quòd sic, vt ff. eo dicto. l. prętor edixit. §. si mihi plures, & l. item apud. § si quis seruo, & C. eod. dicto. l. dominum. Secus tamen esset, si diuersis temporibus fierẽt, vel diuersis ex actionibus competerent, veluti vna hæreditario iure, altera, proprio, vel cesso, quia tũc plures posset libellos facere, duæ enim actiones speciei eiusdem, ad diuersa eidem competentes eodem in libello simul cumulari possunt, vel separari. ff. de act. empti. l. non est nouum. ff. de act. & oblig. l. si is qui sticchũ, ratio decisionis ea esse poterit, vt lites minuantur, quòd notat glo. in d. l. non est nouũ, vers. mouere.

21 Cedi, ergo † & vendi posse iniuriarum actionem ex antedictis colligitur, vt notatur. C. de hæred. vel act. vend. l. fin. glo. in l. iniuriarum. 28. vers. in bonis. ff. de iniur. quoniam si actiones ex delicto peruenientes cædi possunt, & vendi, quãto maius, quæ ex quasi descendũt, C. de solutio. l. cum quis sibi. §. 1.

22 Nec obstat regula,† quod non est transmissibile,nō est cessibile.ff.de administr.tut.l.ex pluribus,sed actio iniuriarum non est transmissibilis; cum offensio ossibus videatur insita, vt anima corpori. ff. de pecul. l. quis ergo,& ibi glo.& ff prosotio l. 3.vbi glo. vers. ea verò, ergo nec poterit esse cessibilis,q a d. lex pluribus,&aliç loquūtur
23 in eo, quòd non est transmissibile simpliciter,sed † actio iniuriarum est ad hæredes,vel cessionarios, vel emptores transmissibilis per litis contestationem, vt ff.de iniurijs.l.iniuriarum actio.13.Ergo dicendum est iniuriarū actionem cedi posse,siue Ciuiliter, siuè Criminaliter agatur, sed non aliter,quàm lite contestata, aliquorum sententia reiecta existimātiū,id fieri nullo modo posse.

Sed qua ratione actio iniuriarum, nequè vendi, ne-
24 què cedi potest lite non contestata? dicas † quia antequàm litem contestemur in bonis nostris non est, d. l. iniuriarum.28.atquè ideò lite tantum contestata ad hęredes transit non aliter. ff. de iniur.l. iniuriarū actio. 13. instit.de perpet.& tempor.act.§. sed hæredibus.

B
25 Patiatur † Agens iniuriarum non potest in genere se iniuriam passum proponere. quia non est cum alterius existimationis iniuria vagandum, sed certam designare debet,& quam se passum contemnit iniuriā ff. de iniur.l. prætor edixit in princ. & §. præterea facit.ff.de rei vindic.l.si in rem, & ff. de interrog. act. l. de ætate.§.nihil.Certamq́. iniuriam tunc prępositam putat labeo, cum quis dicit talem sum passus iniuriam, alioquin illud, aùt illud, & sic dubiè loquens reiceretur.d.l prætor.§.quod aùtem prætor.

Ex hac enim iniuriæ certę claritate dignoscetur,vtrū nè liberto in patronum redi possit iniuriarum iuditium,

quo-

26 quoniam † ei non quidem semper, sed quandoq. datur, vt si atrox sit, quia leuis cohertio vtiquè patrono in libertum conceditur ferendum, nàmq. non est, heri seruum, hodie libertum conquæri, quòd dominus ei conuitium dixerit, aùt quòd leuiter pulsauerit, vel emendauerit, nisi flagris, & verberibus id fecisset nõ mediocriter d.l.prætor, §.cæterum si leuem, vbi gloss. vers. heri seruum, prout idem statutum est, si patronus libertæ suæ
27 alteri nuptæ inferat, nàm † ꝑ atrociori tantum aget maritus, non leui. ff. de iniur. l. non solum. §. si mandatum. Vnde sicuti in hac actione dici illud, aùt illud sum pas-
28 sus nõ potest, sic † alijs multis in casibus nocet incertitudo, etsi quandoq. iuuet, vt per gloss. in d.l.prætor, §. quod autem, vers. nequè subalternatione.
29 † Num autẽ de seruitute ad libertatem proclamans, vel de libertate ad seruitutem conuentus agere de per se possit iniuriarum? dicas quòd sic, vt d. l. non solum. §. ei, qui seruus, nisi iuris sui conseruandi id petatur. ff. de iniur. l. si quis de libertate, putarem tamen si Ciuiliter ageret condemnationem non impediri, sed factam sequestrari, donec exitus expectetur causæ libertatis.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam regulariter patiuntur, qui eam facere possunt.*
2 *Iniuriam aliqui patiuntur, sed non faciunt.*
3 *Iniuriarũ non agitur contra furiosos, & impuberes non doli capaces.*

Aetas

4 *Aetas excusat a pœna.*
5 *Pubertati proximus doli capax puniri potest.*
6 *Pubertati proximus quis dicatur.*
7 *Pueri sagaciores uno sunt in loco, quàm in alio:*
8 *Puerorum sagaciores sunt alij in decennio, quam alij in decimoquarto anno.*
9 *Puberes qui dicantur in matrimonio contrahendo.*
10 *Pubertas in maleficijs ex quibus consideretur.*
11 *Iniuriarum non tenetur liberum cedens si seruum suum putabat.*
12 *Errore nihil est consensui magis contrarium.*
13 *Optio non consumitur si alienus seruus optetur.*
14 *Iniuria Gaio facta accusatur, etiam si alium credebat inferens, & quare.*
15 *Veritas potius quàm opinio, quando inspiciatur, vel ècontra.*
16 *Iniuria ex facientis affectu percipitur.*
17 *Furti non tenetur, si ab alio res tollantur, qui iniuriæ causa ianuam effregerit.*
18 *Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.*
19 *Iniuriarum non tenetur, qui per iocum percussit.*
20 *Iniuriam inferens, ut se excuset, admittitur ad probandum per iocum fecisse.*
21 *Culpa noxius ludus est.*
22 *Iniuria qualibet præsumitur malo animo facta:*
23 *Verba indicant animum.*

Verba

24 *Verba attendũtur, nec ab illorum ſignificatione receditur in dubio.*

25 *Stipulatio ex affirmatione iocosè facta non oritur.*

26 *Negatiua difficilis probationis eſt.*

27 *Animus iniuriæ faciendæ inter coniunctos non præſumitur.*

28 *Amicitia Magna ſanguinis coniunctioni æquiparatur.*

29 *Animus corrigendi cum quo præſumatur.*

30 *Minores in delictis diuerſæ ſunt cauſæ cum maioribus.*

31 *Negatiua iuramento probari poteſt.*

32 *Cauſæ probatio excludit probationem doli.*

33 *Præſumptio vna tollit aliam.*

34 *Cauſa etiam iniuſta malum animum excludit.*

35 *Aſtrologus dicens quem furem qualiter puniatur.*

36 *Iniuriarum an teneatur, qui per modum exceptionis iniurioſa verba ponat.*

37 *Sanguinem proprium volenti redimere ignoſcitur.*

38 *Actio famoſa filio in patrem, & liberto in patronum non conceditur.*

39 *Prohibitum, quod non reperitur videtur conceſſum.*

40 *Præſumitur quid potius ad defenſionem factum, quàm ad contumeliam.*

41 *Verba de ſui natura iniurioſa malo dicta animo præſumuntur.*

42 *Paupertatis exceptionem opponens iniuriarum tenetur, ſi non probet.*

Iniu-

43 *Iniuriarum tenetur opponens in electum crimina, & non probans.*

44 *Hostes licet per insidias vincere.*

45 *Protestatio contraria facto non releuat:*

46 *Iniuria Principi absenti facta, qualiter puniatur.*

47 *Linguæ lubricum facilè ad pœnam trahi non debet.*

48 *Furiosi pœna furor est.*

49 *Constitutio præsens de Principe maledicentes non castigat.*

50 *Ieiunandum est pro salute Principis*

51 *Clerici maledici, quæ sit pœna de iure Canonico.*

52 *Loquens malè de Papa, vel Principe Iure Canonũ iudicis punitur arbitrio.*

53 *Pœna vbi non est certa, iudici remissa videtur.*

54 *Iudex in arbitrarijs in humaniorem debet partem inclinare.*

55 *Pœnam augent persona, causa, locus, & tempus.*

56 *Verba loquens contra Principem, quæ hæresim saperent punitur, vt hæreticus.*

57 *Persecutor Ecclesiæ, qualiter persequatur a lege.*

58 *Veste vtens lugubri quibus afficiatur pœnis vltra quas posuimus.*

59 *Veste muliebri virum vti vituperosum est.*

60 *Fœmina virili vtens veste, vt facilius meretricetur est excommunicata.*

61 *Mentiris dicens, & statim subdens, saluo honore tuo, an teneatur iniuriarum.*

Et sic

T ſic omnibus diligenter attentis. c

C Attentis Id pręcipuè attẽdat Iudex. vt is qui iniuriam intulit poſſit eam facere, nàm
1 † & ſi regulariter, ij pati eam poſſint, qui etiam facere. ff. de iniur. l.
2 illud relatum eſt, & 15. q. 1. cap. illud relatum, † ſunt nihilominus quiddam, qui etſi eam pati poſſint, facere tamen haùd valent, vt furioſus, & impubes non doli ca-
3 pax, ideoq́. † contra eos non poterit iniuriarũ agi, arg.
4 ff. de furt. l. vulgaris. §. proinde, † ætas enim illorũ quidquid videt ignorat. C. de falſ. mon. l. 1. §. fi. C. ſi quis imper. maled. l. vnica. ff. ad l. Iul. Maieſt. l. famoſi. ff. de off. Præſid. l. Diuus. §. 1. Clement. de homicid. cap. vnico, a-
5 lioquin † pubertati proximns doli capax eſſet, & puniretur, audi Caium, Pupillum proximum pubertati capacem eſſe, & furandi, & iniuriæ faciendæ. ff. de reg. iur. l. pupillum. 112. Hinc Iulianus, poſſe (ſcribit) cum impubere damni iniuria agi, quia & furtum ab impubere fit, ſed modum eſſe adhibendum ait, nam in infantes id non cadere nos putamus, ſed cum impubere culpæ capace aquilia agi poſſe, hinc Vulpianus impuberem (inquit) furtum facere poſſe, ſi iam doli capax ſit, vt notatur. ff. de fur. l. impuberem. 23. hinc dicitur in delictis minores ſi ex animo delinquant, ætatis ſuffragio non iuuari, vt C. ſi aduerſ. delict. l. 1. quaſi dicat, doli capax eſt, qui ex animo delinquit, alioquin non teneretur. ff. ad l. Corn. de Syc. l. infans, ff. de furt. l. impuberem, &

C.de pœn.l.impunitas.

6 Sed † quæro pubertati proximus quis dicatur? glos. in §.pupillus instit.de inutil.stipulat.eum esse dicit, qui decem iam annos cū dimidio compleuit, & hoc in masculo, in fœmina verò in nono cum dimidio. arg.§.fin. instit.quib.ex caus.manum.non lic.& instit. quib. mod. tut.finia.primo resp.nos autem dicimus id iudicis arbi-
7 trio remitti, † sagaciores enim pueri in vna, quàm in alia Ciuitate reperiuntur, vt dicit gl. in l. sequitur 4.ff.de
8 vsucapio.vers.animum, † suntq. multi maioris intellectus, & audaciæ in decimo anno, quàm alij in decimoquarto, vt C.si min.se maior.dixer.l.3.& facit.ff.de ver-
9 bor.oblig.l. mulier.† Ij præterea in matrimonio contrahendo puberes cōsiderātur, qui ex corporis habitu pubertatem ostendūt & generare iam possunt, licet ex annis quiddam pubertatem existiment, de despōs.impub.
10 c.impuberes. † In maleficijs igitur ex rei euidentia pubertatem attendere Iudex poterit.cap. à nobis, & cap. de illis.eod.dicto titulo. Atquè ideò dicendum est ex prædictis furiosum, aùt impuberem doli non capacem, siue pulset, siue conuicium dicat, iniuriā fecisse non videri, pati enim ipse iniuriam potest, etsi non sentiat, facere aùtē nemini, hoc namq. iure vtimur, neminem iniuriam facere, nisi sciens faciat, quoniam voluntas ma-
11 leficiū distinguit, adeò ꝙ † si quis liberum cæciderit hominem, dum seruum suum putaret, in ea causa est, quòd iniuriarum non tenetur.d.l.illud.ff.de iniur.§. fin.& l. si cū seruo, quāuis aquilia teneatur. ff.ad l.aquil.l.scien-
12 tiam.§.sed si defendendi, quia † nihil est tàm consensui contrarium, quàm error.ff.de iurisd.omn.iud.l.si per er-
13 rorem. C.si à non compet.iud.l.1.† Hinc videmus optio-

nem

nem habentem, alienum seruum optasse, & optionem non cōsumptam. ff. de opt. vel elect. leg. l. quo ties serui.

Nec interst, vt iniuriarū quis teneatur, quando sciens
14 infert, sciat, vel ne cui inferat, quoniam † si iniuria Caio fiat ab eo cui sit ignotus, aùt si quis me Caium putet cum vocet Mutius, præualet, quòd principale est, scilicet iniuriam eum mihi facere voluisse, nàm (vt Paulus ait) certus sum ego, licet ille me alium esse putet, quàm sim, ideòq. competit mihi in eum actio. ff. de iniur. l. eū qui. §. iniuria, & l. 1. §. siue autem.

15 Ex quibus vides, quòd † quoties iniuria principaliter in aliquem infertur inspicitur veritas potius, quàm opinio, quoties verò per consequētiam potius opinio, quàm veritas, vt in dd. ll. cū alijs allegatis in gl. dicti. §. sed si defendendi vers. tenebor, & glo. in d. § si iniuria, vers. putent me.

Quando aùtem veritas opinioni præualeat vel ne, fauente Deo non post multa forsan temporum spatia alibi me scripsisse comperies.

16 Constat ergo ex prædictis † iniuriam ex affectu fa-
17 cientis percipi. d. l. illud, atquè ideò † is qui iniuriæ causa ianuam effregerit, quàmuis inde res per alios amotæ
18 sint, furti non tenetur. quia † maleficia voluntas, & propositum delinquentis distinguunt. ff. de furt. l. qui iniuriæ, & l. verum est. z. ff. de iniur. l. quòd Reipublicæ. C. de Sycar. l. 1. ff. de Tabul. exhib. l. 3. §. si quis dolo, ff. ad l. Cornel. de Sycar. l. Diuus ff. arbor. furt. cæsar. l facienda. §. fin. ff. ad l. aquil. l. sed etsi quemcumquè. § igitur, & §. si magister in fine, ff. de rei vēdic. l. quod infans, & arg. ff. de acquiren. hæreditat. l. si is ad quem. Hinc videmus
19 † percutientem per iocum iniuriarum non teneri. d. l.

L z illud,

illud,& C.de iniur.l.si non conuitij.

20 Sed † nunquid iniuriam inferens per iocum fecisse dicens. possit se excusare? dicas,quòd sic, licet probare teneatur,quia sicut noxius est, qui mittit lanceas,& sagittas ad mortem,ita vir qui fraudolenter nocet amico suo,& depræhensus dicit, ludens feci, vt de præsumpt.
21 cap. 1.† Noxius enim ludus est culpa.ff.ad l.aquil.l.nàm lusus,ideòque nemo excusabitur dicens animum offen-
22 dendi non habui, donec probet, cum† iniuria quælibet
23 præsumatur malo animo facta, † talis enim præsumitur animus,qualia sunt verba.ff. de suppellect. leg l.labeo,& ff.de tu.& curat.dat.l.scire.§ si mater,& C.de in-
24 iur. l. si non conuicij. Vides igitur ex prædictis † a verborum significatione non recedi, nisi manifesto appareat aliud inferentem sensisse, arg.ff.de leg.3. l. notabi-
25 liter 67. vt in obligatione alibi diximus, † Quam non nasci firmauimus si quis ad interrogationē respondeat, spōdeo,sed per iocum,vt ff.de act.& oblig. l.oblig. substantia in fine.

26 Sed† qualiter hæc negatiua probabitur cū sit difficilis probationis.C.de probat.l.actor,& ibi glossa? dici po-
27 terit per præsumptiones,vt si probetur affinitas, quia † animus iniuriæ faciendæ inter coniunctos non præsumitur.ff de iniur.l.vestem sordidam,& per glo.ff de iust. & iure,l.vt vim,vers. nàm iure. Item si probetur stricta
28 amicitia, † quia illa coniunctioni sanguinis æquiparatur.C de Castr.pecul.l.cū allegas lib. 12. & ff eo dicto. l.miles filiusfamilias, & facit gloss. in cap. requisiti de test.vers.nec est,& probat optimè tex.in l.2. in princ.ff. qui petant.tut.vel curat.Item si probetur qualitas iniuriam inferentis, puta esset homo quietus, & non rixo-

lus,

fus, vt dicit glo. in l. 1. C. de Sycar. vel probetur, quòd
29 erat difcipulus. † quia tunc præfumitur animus corri-
gendi. ff. locato l. item quæritur. §. Item Iulianus, alias
eft, §. fi tutor. Item fi probetur, quòd inferens minor e-
30 rat non doli capax, † illi enim in fimilibus non in eadē
caufa funt cum maioribus. ff. ad Syllan. l. 1. §. impubes
cum propter ætatem excufatione fint digni, vt per glof.
31 in d. §. impubes, verf. ætas. † Probari denique poterit
per iuramentum purgationis, arg. C. de his qui ad Ec-
32 cl. confug. l. præfenti, §. ficubi. Vides ergo † probationem
caufæ excludere præfumptionem doli. C. ad l. Corn. de
Syc. l. 1.
33 † Et per vnam præfumptionem tolli aliam. ff. de reftit.
in integr. l. Diuus.
34 Quinimmo † caufa etiam iniufta, & non vera exclu-
35 dit animum iniuriandi, nàm † Aftrologus dicens quem
furem, iniuriarum non tenetur. ff. de iniur. l. item apud.
§. fi quis Aftrologus, quàmuis gladio vltore puniatur.
C. de Mathemat. l. nemo arufpicem.
36 † Quid fi per modum exceptionis verbum iniuriofū
ponatur, & non probetur, an per hoc ponens teneatur
iniuriarum? videtur, quòd non, quia caufa dicendi, eum
37 à tali actione liberabit. d. §. fi quis aftrologus. Item †
ignofcendū cēfuerunt ei, qui fanguinem fuum, qualiter
qualiter redēptū voluerit. ff. de bon. eorū, qui ante fen-
tēt. l. 1. Vel ei, qui fe vlcifci voluit prouocatus. ff. de bon.
libert. l. qui cum natu. § idem puto, etfi ab eo, vbi gloff.
38 verf. retorfit. Eftq; præterea fpeciale † filium, contra pa-
trem, & libertum contra patronum famofas non poffe
exceptiones proponere. ff. de doli mali, & metus excep.
l. apud Celfum. §. aduerfus, ergo videtur alijs ius com-
mune

39 mune in contrarium, nãm † quòd prohibitum non reperitur videtur concessum. ff. ex quib. ca. maio. l. nec non etsi q.s.§. quod eis inquit, & ff. de probat. l. ab ea, ff. de testi. l. 1. §. adhiberi. Et quando dubium esset, an ad sui de-
40 fensionem, vel alterius contumeliã id factũ esset, tunc † iuris præsumptio est, vti eũ voluisse iure suo, non aliter. ff. pro socio. l. merito, vbi ad id gloss. vers. inire.

Contrarium tamen videtur expressum in tex l. si non
41 conuitij, & l. si quidem. C. de iniurijs, vbi † verba de sui natura iniuriosa præsumũtur animo iniuriandi prolata,
42 facit. ff eod. dicto. l. si quis de libertate. Vnde videmus † paupertatis exceptionem opponentem iniuriarum teneri, si non probet. ff. qui satisda. cogant. l. si verò. §. 1.
43 † Quemadmodum videmus aduersus crimina in electũ opponẽtem obseruari, de elect. in 6. c. 1. in fine, quicquid veruntamen sit de iure, communis aduocatorum stylus obseruat, Excipiendo protestationem fieri, quòd
44 non, id animo iniuriandi ponitur, & sic releuantur. † Licitum enim est hostes, etiam per insidias vincere. 23. q.
45 2. cap. dominus. Quàmuis † protestatio sit facto contraria, quæ non releuat, de appell. c. sollicitudinem.
46 Sed † pone, quòd Principi superiorem non recognoscenti eo absente fiat iniuria, aùt verbis, si de eo malè dicatur, aùt facto, vt si eius effigies ignominiosè tractetur, qualiter puniatur id agens? tex. in l. vnica. C. si quis Imperat. maledix. mandat ad Principem ipsum remitti, quoties ob iniuriam illius tale, quid actum sit,
47 quòd si ex leuitate eueniat, contendi, quia † linguæ lubricum facilè ad pœnam trahendum non est. ff. ad l. Iul. Maiest. l. famosi. & d. l. vnica, & C. qui bon. cæd. poss. l. 2. Vel si ex insania procedat, tãquàm miseratione dignissimum,

48 ſimum. relinqui, d.l. vnica, quia † ſatis ipſo furore punitur, & d.l. famoſi, & ff. ad l. Pompeiam de parricid. l. pen.
49 in fine, † non ergo dicerem Conſtitutionem iſtam in eo obtinere, qui Principi, ſiue Regi iniuriam fecerit, ſed ad eum eſſe remittendum, quoniam grauiſſimum eſt de
50 Principe malè dicere, † pro cuius ſalute ieiunandũ eſſe inquit Caius in l. ſi calumnietur. 233. ff. de verborum ſignificat.
51 De Iure autem Canon. † Clericus maledicus ad veniam poſtulandam cogendus eſt, quòd ſi noluerit degradabitur, & ad officium abſquè ſatis factione nõ amplius vocari poterit. 46. diſt. cap. Clericus maledicus, ſed quibus remedijs cogetur? dicas per excommunicationis incurrendæ mandatum, vt dicit glo. in d. cap. clericus, & facit 6. q. 1. cap. illi qui, & 22. q. 1. cap. prædi-
52 candum. Item † Iudicis arbitrio puniendus eſt, qui contra Eccleſiam loquutus fuerit, aùt Papam de maledic.
53 cap. 1. vbi † quia certa pœna non ſtatuitur, ſed loquitur per verbum compeſcas, ideò ad Iudicis recurrendũ eſt arbitrium de offic. deleg. cap. de cauſis, in fine, vbi
54 gloſſ. & de tranſactio. cap. fin. Sed † æquitate tamen ſeruata procedere debet in humaniorem partem inclinã-
55 do d. cap. fin. † ſecundum quòd perſonas, & cauſas loca, & tempora viderit poſtulare, quæ quatuor augent, & minuunt pœnam, de quibus latè loquitur, gloſſ. in d. cap. fin. verſ. æquitate, verſ. inhumaniorem, & verſ cau-
56 ſas. Procedere veruntamen hæc intelligas, † niſi verba malè prolata hæreſim ſaperent, quia tunc, vt hæreticus talia loquens puniendus eſſet, vt per gloſſ. in cap. generali, verſ. inhibemus de elect. in 6. ſi tamen fuſius videre
57 cupias † qualiter procedatur cum perſequutore verbis,

aut

aùt facto Ecclesiæ, aùt personarum, Ecclesiæ priuilegiō gaudentium, vide text. in cap. fœlicis de pœnit. in 6. & ibi gloss. per tot.

58 Sed quia diximus supra † iniuriarum teneri eum, qui veste lugubri, aut squallida in alicuius ludibrium vtatur, nunquid alijs posset pœnis affici? dicerem, quòd sic per tex. in auth. de Sanctiss. Episcopis. §. fin. coll. 9. vbi corporalia supplicia substinebit, & exilio tradetur, facit de vit. & honest. Cler. cap. cum decorem, vbi gloss. vers.

59 monstra laruarum. Hinc videmus † vituperosum esse virum muliebri veste facilè vti. ff. de aur. & arg. lega. l. ve-

60 stis. §. muliebria. Ideòque de iure Canon. † mulier, quæ virili vtitur veste, vt facilius meretricetur est excommunicata. 30. distinct. cap. si qua mulier suo proposito. Vnde Laertius adolescentulo alloquens, sic inquit, Nō te pudet deterius, quàm naturam ipsam de te ipso statuere, illa enim te virum fecit, tute ipsum in mulierem refingis.

61 Quid † si quis eodem actu postquàm dixerit mentiris, subdat saluo tamen honore tuo, an teneatur iniuriarum? dicerem breuiter iudicis arbitrio id remittendum, vt iudicet quem habuerit animum talia dicens, ex amicitia, affinitate, & alis de quibus dixi supra.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum non tenetur, qui communem seruum verberauit.*

Iniu-

2 *Iniuriarum fructuarius serui proprietario, & ècontra non tenetur.*

3 *Corrigens non tenetur iniuriarum.*

4 *Actio pro serui iniuria proprietario competit, non fructuario, nisi ad fructuarij fieret contumeliam.*

5 *Seruo fructuarij contemplatione instituto ei acquirit non proprietario.*

6 *Iniuriarum actio pro serui iniuria mihi bona fide seruientis, quando mihi competat.*

7 *Seruo factam iniuriam quis accuset.*

8 *Seruis ex eorum persona nulla fit iniuria.*

9 *Serui, etsi non ciuiliter, naturaliter tamen iniuriam patiuntur.*

10 *Dominus pro serui iniuria, quando agat.*

11 *Iudicium cum seruis non consistit.*

12 *Iniuriam seruo factam Prætor impunitam non relinquit.*

13 *Iniuria pugno facta, quando leuis sit, vel non*

14 *Theatina Ciuitas nobilissima, quando de pugnis manu vacua illatis gaudeat Priuilegio.*

15 *Concessio Regalis plenissimè interpetratur, nisi ad partis petitionem fiat.*

16 *Priuilegium secundum ius commune intelligitur.*

17 *Amico fideli, nulla est comparatio.*

18 *Iudex fauorabilis multum prodest.*

19 *Iudex parcere potest absenti, etiam in tertij præiuditium.*

20 *Iudicis potestati quidquid permittitur iuris necessi-*

tati non subijcitur.

21 Serui plurium iniuria cui competat, & qualiter.

22 Seruus plurium institutus dominis, qualiter acquirat.

23 Iniuria personæ fit, non hæreditati.

24 Iniuria seruo pluriũ vnius domini permissu facta, quando alijs actio non competat.

25 Iniuria volenti non fit.

26 Vsufructuarius qualiter agat pro iniuria a seruo in quo vsumfructum habet, sibi facta contra proprietarium.

27 Seruus domino præsente iniuriam faciens, quando dominum teneri faciat.

28 Iniuria seruo facta in quo vnus proprietatem, alter vsumfructum habet, antequàm pretium pro sui venditione volente domino numeret, vel declaret de cuius pecunia, cui competat.

29 Impedimento alter alteri, quando sit.

30 Actio emptoris serui empti in suspenso est, donec pretium emptorem ipsum declaret, vel aliter cognoscatur.

31 Pendere quæ possint, & in suspenso esse.

32 Mater vsufructuaria lucri ante nuptialis illud vendens facit venditionem in suspenso esse

33 Casus aduentitij, quando expectentur.

34 Mater non videtur debere filij mortem expectare.

35 Parentes debent filijs thesaurizare, non econtra.

36 Iniuria facta discipulo, famulo, vel vassallo, cui, & quando facta videatur.

Per-

37 *Perfonæ liberæ fine mandato alijs non acquirunt, excepta caufa poffeffionis.*

38 *Præfentia multum operatur.*

39 *Iurifdictionem demandatam qui fufcepit proprium nihil habet.*

40 *Malum, vel bonum propter me faciens mihi facere dicitur.*



T fingulariter iuftè penfatis, d is qui in iuditio præfidet fententiam formare debebit.

D Penfatis Multa funt per Iudicem attendenda in actione iniuriarum, multi enim funt cafus in quibus, etfi quis inferat, non tamen tenetur. Puta † Caius communem verberauit feruum, quia dominij iure, id feciffe videtur. ff. de iniur. l. item apud. § fi cõmunem. † vel fructuarius effet, aùt proprietarius, quoniam vtriquè in alterum actio denegatur, vt d. §. fi communẽ, † vel corrigendi caufa inferret. d. l. item. § cæterum fi quis.

† Sin aùtem fit extraneus, qui iniuriam feruo inferat, non vtiquè fructuario danda eft actio, fed ei folummodo. qui in proprietate ius habet. d. l. item apud. § fi vfũfructum, nifi ad fructuarij contumeliam fieret. d. l. item in fine, vbi glo. verf. magis. Quemadmodum † feruo inftituto vfufructuarij contemplatione, vfufructuario,

1
2
3
4
5

acquirit.ff.de acquir. hæred.l. aditio. 45. de quo latè in authẽticor. nouellis nos ipsos conscripsisse comperies.
6 . Quid † si seruo alieno mihi bona fide seruienti inferatur iniuria? dic toties mihi actionẽ competere, quoties in mei contumeliam fiat. d.l.item apud in fine, vbi glos.vers.in meam.
7 Sed† pone, quòd alieno seruo fiat iniuria, num de per
8 se agere poterit? dico quòd non, quia †seruis ex eorum
9 persona nulla fit iniuria, † quantũ adhoc vt agere possint de Iure Ciuili, secus Iure naturali, vt ff. de iniur. l. cũ qui.§. 1.& ff.de his, qui sunt sui, vel alieni iure. l.2.
10 † Eorum verò dominus duobus copulatiuè concurrentibus agit, vt ex tex.colligitur ibi commissum fuerit, & quòd apertè, vt d.§.seruis instit.de iniur. Primũ quod sit atrox. Secundum, quòd in domini fiat contumeliam, nequè sine alio vnum sufficeret.ff de condit. institut.l. si hæredi plures, vbi gloss. vers.coniunctim, atque ideò in libello prædicta duo exponi deberẽt ab agente, ne suc-
11 cũberet, † nõ ergo si quis seruum pugno percutiat, domino competit actio.d.§.seruis, quia leuis existimatur, quæ pugno fit iniuria.
At quàmuis de per se agere seruus non possit, quoniã
12 † cum eis iuditium non consistit. C.de iudit. l. seruus, vbi gloss. vers. seruus, nihilominus prætor maleficium impunitum relinquere non debet, sic intelligitur. ff. de iniur.l.item apud.§.qui seruum, vt dicit gloss. in dicto §. seruis, vers.& quòd apertè.
13 † Pugno aùtem factam iniuriam intelligas leuẽ existimari, si in loco fiat, vbi liuorem non faciat, aùt vbi atrox non reputetur. ff. eodem dicto lege prætor. §. fin. cum l. sequenti, & institut. eodem dicto §. atrox. alioquin,

quin, fi oculus pugno percutiatur, vel in facie liuor fiat, fit atrox iniuria, quæ alias non fuiffet, vt d. §. atrox. Vn-
14 de † de iure indiftinctè dicerē nobiliffimā Ciuitatē iftā Theatinā, per cuius Camerariū (hodie Donatum Antonium Sanguinetū V.I.D. virum verè omni ex parte Patritiū) iniuria vacua manu inlata cognofcitur, antiqui vigore diplomatis, eo nō gaudere quoties ex perfona, loco, tempore, aliauè caufa redderetur atrox, qm̄ † etfi
15 Regis cōceffio pleniffimè interpetretur. ff. de cōft. Princ. l. beneficium, id tamen non obtinet, quoties ad partis petitionem concedatur, vt de quo loquimur priuilegiū reperitur, arg. in auth. de non alien. aut permut. §. quia
16 vero verifimile, verf. oportet, eo magis cum † priuilegiū femper fecundum ius commune intelligatur. ff. de vulg. & pupill. l. ex facto, in princ. Secundum quòd pugno facta iniuria, non eft atrox, vt dixi, & per confequēs quoties ex accidenti, redderetur atrox, effemus extra cafum diplomatis. Quidquid aūtē vberrimè ea in re difputādo fcripferim, nō ab re tacendū hic cenfui. Qđ veruntamen de præterito obferuatum fit, vt veritas locum habeat, tot diuerfas anteceſſorum vidi fentētias, quòd iudicantium diuerfa fuerunt capita. Vnde cuiquè confulēdo dicerem, atrocem iniuriam intulifti, etfi manu vacua, amicum tibi iudicem, atquè fidelē concedat Deus,
17 vt ad Theatinum Camerarium te remittat, † Amico enim fideli nulla eft comparatio, vnde dicit Ecclefiaft. 6.
18 amicus fidelis protectio fortis, † Iudicem enim habere fauorabilē, & gratiofum vtile eft, de off & pot. Iud. del. cap. confuluit, verf. fi duret in diem, & facit de accufat.
19 cap. nulli Epifcoporum, quia † parcere poteft abfenti, etiam cum alterius præiuditio, & alia multa permitte-

re

re facit, C. quom. & quando Iudex l. 1. ff. de arbitr. l. si cũ
20 dies. §. si quis ex litigatoribus, cum † non quidquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subijciatur. ff. de iudic. l. non quidquid 40.

21 Quid † si seruo plurium atrox, & in dominorum contumeliam fiat iniuria? videtur omnibus competere, & quemquè agere posse in capita, non proportione, quia non seruo, sed dominis inlata dicitur. d. l. item apud in fine, & instit. eo. §. si communi, vbi glos. vers. dominus, & ff. eo. de iniur. l. sed non esse, 16. vbi glo. vers. damnationem.

22 Nec obstat † seruum dominis pro dominica portione, & parte acquirere, si instituatur veluti si vnus duas haberet partes, alter vnam, vt ff. de stipulat. seruor. l. ser-
23 uus communis, quia † iniuria irrogatur personæ, nõ hæ-
24 reditati, vt acquiritur in opposito, † quòd si vnius domini permissu fiat iniuria, nulli actionem competeret, si inferens communem ignorabat, sed si sciuerit, ei qui permisit denegabitur, cæteris tamen competit. ff. eo. di-
25 cto. l. sed si vnius, † quia volenti nulla fit iniuria. ff. eod. dicto. l. 1. §. vsquè, & gloss. in d. l. sed si vnius, vers. non competit, & dicam infra.

26 Quæro etiam † pone, quòd vsufructuarius ab eodem seruo, in quo vsumfructum habet iniuria afficiatur, num in proprietatis dominum agere poterit? dicas noxaliter posse, quia deterioris non debet esse conditionis ob id, quòd vsumfructum in eo habeat, d. l. sed si vnius. § si seruus in quo. ff. de noxalib. l. qui vsumfructum.

27 Pone † etiam quòd seruus domino præsente iniuriã inferat, an sẽper teneatur noxaliter? dicas toties, quoties prohibere potuisset, ff. de iniur. l. sed est quæstionis,

in om-

In omnibus enim noxalibus actionibus, vbicunquè domini scientia exigitur sic accipiendum est, vt si cũ prohibere posset,non prohibuit.aliud nàmquè est seruo delinquenti authorem esse,aliud seruum pati delinquere, ff.de noxal.l.3.& l.in delictis seruorum.§.reiectis, itaq́.
28 Sed † pone iniuriam atrocem seruo fieri,in quo Caius vsumfructum, Titius proprietatem habeat, si ipse antequàm eam patiretur pretium, pro sui vẽditione volente domino numerauerit, nec de cuius pecunia dixerit,vel pro eo fideiuss. dederit, quis agere poterit? Vi-
29 detur neminem,sed †alteri alterum impedimento esse, arg. ff.de reb.dub.l.si ita fuerit, nos autem putamus, actionem in suspenso esse, donec veri emptoris declara-
30 tio,aùt solutio dominum ipsum declaret,nàm † sicut actio emptoris in suspenso est,donec id fiat. ff.de vsufr.l. sed,etsi quis.§.1.& l si fur in fine, ita etiam iniuriarum esse debet, quemadmodum si fortè stipuletur seruus pecuniã numeraturus,numeratio declarabit, cui sit acquisita stipulatio, & interim in suspenso stabit. ff de edil. edict.l.bouem § fi.& ff.de acquir.rer. dom.l. seruus.qui §.1.gloss in d l.sed etsi quis,vers in pendenti.
Nec obstabit.ff.si cert pet. l.cum ad præses cũ duab. sequentibus,& instit de verbor.oblig.§. conditiones, &
31 ff.de stip.seruo.l si seruus communis 18.quia † ibi,præsenti tempore inspecto, nihil in pendenti est, sed futuro, vt in casu nostro sic, & alibi suspensa est alienatio,
32 mater enim quę filiorum ob existentiã,antenuptiale lucrum quoad vsumfructum tantum lucrata est, si illius vendat proprietatem, in suspenso quidem erit alienatio,nàm si filij omnes decedant,firma remanebit sin verò filijs mater præmoriatur, tunc quæ in suspenso erat
antea,

antea, fiet vacua, nulliusq́. roboris auth. de non elig. 2. nub. §. hoc autem, de quo latè ibi scripsimus, nec impu-
33 gnaret † aduentitios casus non expectari, vt inquit scæu-la. ff. qui & à quib. l. Iulianus, atque Celsus. ff. de re iudic. l. si quis ab alio. vers. neq́. enim & Vulpianus in l. 1. ff. de in lit. iur. quia etsi regulariter, id procedat, fallit tamen quoties gestoris mora, siue delictum concurrat, vt in matre, quæ non sua alienauerat, sicq́. intelligimus. ff. de neg. gest. l. diuortio, §. quod si in rea, & ff. de furt. l. eum qui §. Papinianus.
34 Nec absurdum ex his fiat † matrem filij mortem videri alienando expectare, quòd facere non deberet. ff. de condi. & demonstrat. l. cum tale legatum. 71. in princip.
35 quia parentuum votum est, vt liberi eis succedant, non ipsi liberis ff. de inoff. testam. l. nàm etsi, atque ipsi filijs acquirant, non econtra. C. de legitim. hæred. l. emancipatis. ff. vnde liberi. l. scripto in fine. ff. de bon. damnat. l. fin. in princ. ff. de bon. libert. l. pen. quia mater non est, quæ filij mortem expectat, sed lex ipsa, ne antenuptiali lucro filij fraudentur, vt d §. hoc autem.
36 Videamus vlterius † vtrum ne discipulo facta iniuria, famulo, vel vassallo præceptori domino, vel Baroni videatur facta taliter, vt agere possint? videtur, quod sic, quia illi per eos iniuriam patiuntur. 2. q. 7. cap. accusatio quoq́. & de sent & re iud. in 6. cap. ad Apostolicæ, vbi gloss. vers. offendere. Item videtur, quod non, quia discipulus, famulus, vel vassallus sunt personæ liberæ
37 non serui, † & per eos, qui alterius iuri subditi non sunt, excepta possessionis causa, nihil alteri acquiri potest sine mandato, vt C. per quas perso. nob. acquir. l. 1. Nos autem hac in re dicimus, quòd si magistro domino, vel

Ba-

38 Barone præfente fiat, quafi iniuria affectus agere pôt, † præfentia enim eorum multum operaret. arg. ff. de furt. l. falfus. §. fi is qui indebitum, vel ad eius contumeliam fieret, vt fi alioquin non afficeretur, nifi effet difcipulus, famulus, vel vaffallus. arg. ff. de edil. edict. l. ediles. §. pedius, & inftit. de iniur. §. feruis, maximè fi difcipulo, famulo, vel vaffallo, id contingeret, dum magiftri, domini, vel Baronis mandatum exequeretur, quia tunc fine
39 dubio illis per confequens videretur fieri, quoniam † is qui mandatam iurifdictionem fufcepit, proprium nihil habet, fed eius qui mandauit iurifdictione vtitur. ff de off. eius cui mandata eft iur. l. 1. §. qui mandatam, non enim pro fuo Imperio difcipulus, famulus, vel vaffallus agit, fed pro eo cuius mandato quid facit, quoties partibus eius fungitur. ff. eod. dicto, l. etfi prætor, & fic non tàmquàm difcipulus, famulus, vel vaffallus, fed tàmquā magifter, dominus, vel Baro. ff. de adopt. l. fi pater. §. fi duos, & in d. l. apud Labeonem. §. fi quis fic fecit, quem-
40 admodum dici folet, † qui bonū, vel malum caufa mei facit, mihi facere dicitur, vt ff. de verbor. obligat. l. fi ftipulatus fuero 111.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum, tunc datur, quando cum effectu infertur.*

2 *Iniuriarum non tenetur prohibens alicuius honores.*

N Pro-

3 *Prohibere bonum fieri, & contumeliam facere multum differunt.*

4 *Iniuriarum tenetur Pingens, ut alium infamet.*

5 *Iniuriarum tenetur rem alterius per vim occupans:*

6 *Vendens pignus, ut pignorantem afficeret tenetur iniuriarum.*

7 *Debitorem eum vocans, qui re vera non est, ut infamaret, dicitur iniuriam facere.*

8 *Paupertatem detegere, durissimum est:*

9 *Citans te, ut vexaret tenetur iniuriarum.*

10 *Liberum ad seruitutem vocans scienter tenetur:*

11 *Prohibens te in mare piscari, vel in publicum lauare, publicoue in loco sedere, aut conuersari, vel re tua uti, tenetur iniuriarum.*

12 *Conductori vis prohibenda est, ut re conducta fruatur:*

13 *Iniuriarum tenetur mentem alicuius medicamento abstrahens.*

14 *Iniuriarum tenetur capiens liberum quasi seruum fugitiuum.*

15 *Prohibens me vendere seruum meum tenetur iniuriarũ:*

16 *Stuprans seruam alterius dicitur domino iniuriam facere.*

17 *Cedens saxis statuam in monumento tenetur iniuriarũ.*

18 *Iniuriarum tenetur, qui fumum facit, vel aquam iniuriæ causa mittit.*

19 *Iniuriarum non tenetur per prohibitum mare intrans:*

Inter-

20 *Interdictum vti poßidetis ad quæ pertineat.*
21 *Terrens eleuatis manibus, & si non percutiat tenetur iniuriarum.*
22 *Conuitium fieri curans non tenetur si non fiat.*
23 *Iniuria 12. Tabularum iure quanti taxabatur.*
24 *Iniuria Ciuiliter, & Criminaliter accusatur.*
25 *Criminaliter agi pro iniuria, quando dicatur.*



Idelicet à paſſo iniuriam, e cum taxatione ſ præcedente.

E Iniuriam Eo Conſtitutionis noſtræ hoc in loco ſenſus tendit,
1 vt † iniuriarum actionem dari habeas, eo ipſo quo ipſo cum effectu inferatur, vt ff. de iniur. l. lex Corn. inſt. eo. d.
2 §. ſed, & lex, nō enim † qui prohibet, nè quis ad honores promoueatur, vel ne cui ſtatua erigatur iniuriarum tenebitur, quàmuis contumeliæ id cauſa fiat. ff. eod. dicto.
3 l. iniuriarum. §. ſi quis honoribus, † multum nàmquè intereſt quid in alicuius contumeliam fieri, vel quid ad alicuius damnum prohiberi, facit. ff. de condit. & demonſtrat. l. Titio. §. 1. & ff. quæ in fraud. credit. l. qui autem in princ. & ff. de iniur. l. 1. §. omnem.

Facto igitur opus eſt, vt Conſtitutio locum habeat,
4 ideòque iniuriarum tenebitur qui pingit, quiduè aliud infamandi cauſa faciat, dicta l. item apud. §. ſi quis virgines.
5 Item † ſi quis rem alicuius per iniuriam occupet. d. l.

N 2 item.

item.§.si quis bona, & ff. vi bonor.rapt.l.2. §. vel cuius bona.

6 Item † si quis à te acceptum pignus venditurum professiterit infamandi tui causa, d.l.item.§. si quis pignus.

7 Item † si quis te non debitorem, quasi debitorem appellaret, aùt domum tuam pro credito sigillari fecerit, vt infamaret.ff.de iniur.l.si creditor, & l.si iniuriæ, & d.

8 l.item, cum † nihil sit durius, atque inhumanius, quàm paupertatem detegere.C.quando, & quib.l.2. §.quid enim lib. 10.

9 Item † si quis te ad alicuius Tribunal citari fecerit causa tui uexandi.ff.eod.dicto.l.iniuriarum.13.§.si quis per iniuriam, vbi glo.vers.experiri, & d.l.item apud.§.si quis libello, & l.si creditor meus, & ff. qui satisda. cog.l. si vero.§ condemnato, vbi glo.fin.

10 Item † si quis te liberum sciens, de libertate in seruitutem petierit.ff.de iniur.l. si quis de libertate. C. de liber.ca.l.si tibi.C.de iniur.l.qui liberos, nisi propter euictionem, & causa eum sibi conseruãdi faciat.d.l.si quis, vbi gloss.vers.sciat.

11 Item † si quis te in mare piscari prohibeat, vel in publicum lauare, vel publico in loco sedere, aùt conuersari, vel re tua, vti non patiatur, nisi talium conductor es-

12 set, quia † ei solummodo vis prohiberi debet, ne re conducta fruatur.d.l.iniuriarum 13. aùt proprietarius, qui recte in sui dominij loco alios prohibet, vt ibidem gloss. fin.

13 Item † si quis medicamento, alioue quo mentem alicuius alienauerit. C.de Mathemat.l.multi.

14 Item † liberum scienter quasi seruũ capiens fugitiuũ. ff.de iniur.l.liber, modo inferẽdæ iniuriæ animo id fiat,

C.eod.

C. eod. dicto. l. qui liberum.

15 Item † qui seruum meum vendere me prohibet. ff. eo. dicto. l. si quis proprium.

16 Item † qui seruam alicuius stuprauerit ff. eod. dicto. l. si stuprum.

17 Item † qui saxis in monumento statuam ceciderit. ff. eod. dicto. l. si statua, quia violati sepulchri agi non potest, de quo vide. ff. de sepul. viol. l. 2. & gloss. in dicta l. statua.

18 Item † si quis fumum faciat, vel aquam mittat, iniuriæ inferendæ causa. ff. de iniur. l. pen. & vide. ff si seruit. vindic. l. sicuti, § aristo, quàm multi signant contra, sed non est, vt dicit glo. in d. l. pen.

19 Sed † nunquid mare intrans, quòd longa consuetudine, vel priuilegio ad aliquem spectet, vt ff. de diuers. perscript. l. si quicquàm iniuriarũ teneatur? dicas, quod
20 non, quia eo casu vti possidetis interdictum competit, † quod ad priuatas causas pertinet, non publicas. ff. de iniur l. sanè si maris, vbi glo. vers. interdicta.

21 Quid † si quis eleuatis manibus, quasi vapulaturus terreat, licet non percutiat, an teneatur iniuriarum? dicas quòd licet lege Cornelia non teneatur, vtili tamen prætoria sic. ff. de iniur. l. item apud in prin. & l. lex Cornelia in princ. §. inter.

Denique adeò facto opus est in actione iniuriarum,
22 quod † si quis conuitium fieri curauerit, non tamen factum est, non tenebitur. d. l. item apud Labeonem. § si curauerit quis, vbi glo. vers. non tenebitur.

23 F Taxatione † Quanti taxabatur iniuria iure 12. tabularum notat Gell. lib. noct. at-
24 tic. 20. cap. 1. Sed iure nostro sciendum est † dupliciter agi

agi posse, Ciuiliter, & Criminaliter, vt ff. de iniur. l. prætor edixit. §. 1. & l. fin. & instit. eod. § in Summa. Ciuiliter agi dicitur si iniuriatus petat pœnam sibi applicacari, puta dicat voluisse priusquàm pati talē iniuriam, ammisisse centum, quæ petit sibi dari, vt ead. dicta l. iniuriarum extimatio, & hæc est partis taxatio, quæ informis dici poterit antequàm iuret, & iudex taxet, vt infra dicam.

25 † Criminaliter quando nihil parti applicari petitur, sed pœnas iuris imponi, quo casu Iudex pœnam arbitratur, secundum loci personæuè dignitatem, vel qualitatem, & sic pœna extraordinaria punietur inferens. ff. de iniur. l. fin. & ff. de incend. ruin. naufr. l. pedius. § 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento a passo habito, qualiter taxet iudex.*
2 *Iuramentum partis debet per iudicem refrenari:*
3 *Iurare an possit quilibet, & quando.*
4 *Peccatum non est quod Deus vult, siue leges.*
5 *Iuramentum pro confessione recipitur.*
6 *Iuramentum quos habere debeat comites.*
7 *Iuramentum per Creaturam factum quando valeat?*
8 *Iuramentum quare per creaturam prohibeatur.*
9 *Iusiurandum quàm varium diuersas apud gentes fuerit.*
10 *Iurans an tangere teneatur.*
11 *Episcopus iurando non tangit.*

Tan-

12 *Tangere iurando, qui non teneantur.*
13 *Iurans regulariter debet tangere.*
14 *Possessio quandoq; per visum acquiritur, & quando actus necessario requiratur.*
15 *Iurans an teneatur manibus omninò tangere, vel quoquo corporis membro sufficiat.*
16 *Prohibitum, quod non reperitur, videtur concessum.*
17 *Ratihabitio verbis, & actu fieri poterit.*
18 *Membra singula suum habent officium.*
19 *Officio vnius alter vti non debet.*
20 *Consuetudo optima legum est interpres (terpetrationem.*
21 *Mutari non debent, quæ certam semper habuerunt in-*
22 *Lex vbi pedes figit, ibi præsistere debemus.*
23 *Tangens iurando cubito, vel pede videtur actum deridere.*
24 *Tangere Euangelia, an omninò sit necessariũ, vel cuiuslibet scripturæ tactus sufficiat.*
25 *Pauper non habens centum, an possit iurare se prius voluisse perdere centum, & quid eo casu agendum.*
26 *Iudex in arbitrarijs, an possit ad mortem vsque se extendere.*
27 *Exemplis non est iudicandum, sed legibus:*
28 *Iudex mendicatis non debet vti suffragijs.*
29 *Iudex quid factum sit spectare non debet, sed quod fieri debuit:*
30 *Iudex arbitrando debet se legibus comprobare:*

Iniu-

31 *Iniuriam cessam quis extimabit:*
32 *Iniuria extimatur secundum tempus, quod infertur non sententiæ.*
33 *Iniuriam furioso factam quis extimabit:*
34 *Actio iniuriarum, & legis aquiliæ, qualiter differant.*
35 *Actio Ciuilis, quando Criminali præiudicet, vel ècontra.*



Acramento g recepto, quod tantum voluisset de suo proprio ammisisse.

G Sacramento
1 Quid † si pars inlatam sibi iniuriã centum extimet, petatq́. iniuriantem ad illa centum damnari, num iudex partis taxationem sequi debeat? dicas quod non, sed edoctus de circumstãtijs moderatur, & taxat, deinde offensæ parti iuramentum super taxa ab eo limitata, defert, intra quàm
2 non vltra passus iurare poterit, quia † partis iuramentũ per Iudicem refrenari debet, vt in simili dicitur in l. vnica. C. sumptuum recuperat. lib 10.
3 Sed † quare iuramentũ hic permittitur? si dixit Christus sit sermo vester est, est, nõ, nõ, vt sicut affirmatio, vel negatio ex ore procedit, ita ex corde de iure iuran. cap. etsi Christus, & quòd os affirmat, & cor affirmet, & ècõtra, neget cor, quod negauit, & os, vnde dicitur psallenti presbytero, Vide, vt quod ore cantes, corde credas, & quòd corde credideris, operibus compleas. 23. distin.

cap.

cap.Pfalmifta,dicas quòd etfi videatur dominum iuramentum prohibuiffe, nufquàm tamen per Creatorem, fed per creaturam iurare prohibuit, & per hoc, qui per creaturam iurauerit,acerrimè obiurgandus eft. zz. q 1: cap.clericum,& cap.fi quis capillum.Non.n. fi peccatū effet iurare, diceretur in lege veteri, non peierabis, reddas domino iuramenta tua, quia
4 † non eft peccatum; quòd Deus vult,fiue leges. z6. diftin.cap.deinde, & qui peccat legis authoritate, non peccat.z3. q.4. c.qui peccat. 14.quæft. 1.cap. dixit dominus, vbi gl.verf.furtum.

Conftat igitur ex prædictis iurare nō effe peccatum, & p confequēs nec iuramentū exigere,vt in cafu noftro zz.q.1.c fi peccatū in fi.His addas,q Aug.ad Publiculā fcribens inquit.Quamuis dictū fit ne iuremus,nufquàm me in fcripturis Sanctis legiffe memini,ne ab aliquo iurationem recipiamus. dicta ca. & quæft. cap.quàmuis, & in fermone Domini in monte, lib. 1. Tu malum non facis,qui vteris benè iuratione, quæ etfi non bona, tamen neceffaria eft, vt alteri perfuadeas, quòd vtiliter perfuades,fed à malo eft illius, cuius infirmitate iurare cogeris,loco citato,cap.tu malum. Vnde fi propter alterius vtilitatem iurare licet, vt dixi,multo fortius propter propriam,arg.z3.quæft.4.cap.fi non licet. Itē Hieronymus fuper Hieremiam,
5 † iuramentum pro confeffione recipitur ad Idolorum condemnationem,per quæ iurabat Ifrael,loco citato,cap.& iurabūt, Iacobus quoque non fimpliciter prohibet iuramentum,fed voluntatē iurandi,cum ait, Ante omnia fratres mei nolite iurare,quoniam ad iuramentum non debet quemque fpontanea voluntas inducere, fed importuna neceffitas trahere,d.cap.etfi Chriftus, verf.Iacobus.
6 † Habeat fem-

ſem p veruntamẽiuramẽtum tres illos comites,de quibus Hierem.inquit, & iurabunt viuit dominus in veritate,& iuditio,& iuſtitia,vt dicto cap. & iurabunt.zz.q. 1.Qui ſi defuerint non iuramentum erit, ſed periuiium. zz.q.z.cap.animaduertendum.

7 Iurandum ergo quàmuis per creaturam non ſit, † ſi iuretur valebit iuramentum,modo ſit licitum,quòd iuratur.d. cap. etſi Chriſtus, & iurans ad obſeruationem compelletur. zz.q. 1.cap. mouet te. Idq́. eſt, quòd Vlpianus inquit, omne enim omninò licitum iuſiurandũ, per quòd voluit quis ſibi iurari, idoneum eſt, etſi ex eo fuerit iuratum,prætor id tuebitur. ff.de iure iuran. l.non erit ratum, hinc Diuus Pius iureiurãdo, quòd propria ſuperſtitione iuratum eſt,ſtandum reſcripſit, vt d.l.non erit,vbi gloſſ.verſ.dato. Vnde concludendo dicas iurare per Deum Creatorem non eſſe peccatum, quando neceſſitas,aùt ſaltim vtilitas id ſuadeat. d.cap. tu malũ,

8 & gl.in d.cap.etſi Chriſtus, verſ. neceſſitas † per ipſam verò creaturam iurari prohibitum eſſe, ne ad eam per huiuſmodi iuramentum creatoris honorificentia transferatur,quòd ſi iuretur, & non ex in reuerentia Diuinæ Maieſtatis,vel contemptu procedat, neque per pudenda quis iuret,vtique valebit.& taliter iurans ligabitur, ſic atque ſupra mentionatas authoritates intelligimus, Sequitur ex his licitè in caſu noſtro poſſe quem iurare,

9 ipſumq́.iuramentum à Iudice quoquo permitti.†Quam aùtem varium, ac multiplex iuſiurãdum diuerſas apud gentes fuerit,docet Alex. ab Alex.Genial.dier.libro 5. cap.10.

10 Vlterius quærendũ eſt,†an paſſus iurans ſeruata forma conſtitutionis teneatur, quid tangere? videtur,quòd non,

11 non, † vt dicimus in Epifcopo, qui Euangelia, iurãdo, tangere non tenetur, auth. de Sanctifs. Epifc. §. nulli verò Iudicum coll. 9. quòd quidem poft Iuftinianũ, Gregorius nonus ad Beluacenfem Epifcopum fic fcribens cõprobauit. Cum in caufa pecuniaria, quam inter te, & R. motam effe proponis, non per te, fed per findicum, vel actorem elegeris litigare, per illum quidem præftandũ erit iuramẽtum calumniæ, quòd fi per te ipfum, propofitis tantum, fed non tactis Euangelijs, ficut in dicendo teftimonio à te videtur, huiufmodi iuramentum exhibendum, &c. Vt extra de iuram. calumn. cap. fin.

12 Item † nec Euangelium tangit Iudex iudicando iufta formam in C. de iudic. l. rem non nouam.

Item nec res Ecclefiæ alienantes auth. de non alien. §. quod aùtem dictum eft à nobis, vbi gloff. verf. Euan-
13 gelij. Contraria tamen verior eft fententia † regulariter enim tangere debet, qui iurat, auth. iusiurand. quod præft. coll. 2. in princ. & Clem. de hæretic. § porrò corã Epifcopo, glo. in d. l. rem non nouam, verf. tactis, poft auth. hodie, quia fpeciale eft in Epifcopo, Iudice, & aliquibus alijs, vt per glo. in d. auth. iusiuran. in princ. verf. Tertio nota, & de frigid. & malefic. c. laudabilem. Nec impugnat videri corporale iuramentum fatis effe, quòd corporis fenfum habeat, vt vifum, vt 35. quæft. 6. capit.
14 Epifcopus in Synodo, quemadmodum † in poffeffione dicitur, in qua, etfi actus corporalis requiratur. ff. de acquir. poffeff. l. 3. §. Neratius, vbi glof. verf. naturalis, poterit nihilominus per afpectum acquiri, nam fi vicinum mihi fundum mercatũ venditor ex mea Turre demonftret, vacuamq. poffeffionem fe tradere dicat, non minus poffidere cœpi, quàm fi pedẽ finibus intulifsem,

eod.dicto.l.quod meo. §. si venditorem, vbi gloss. vers. non minus.

Id enim tantummodo procedit in acquirenda possessione rei ab alio possessæ, secus in re habita pro derelicta, vt in dicto vers.nō minus, & ideò possessionis acquisitio cū actus sit voluntarius, tactus, siue apprehensio de necessitate non requiritur, sed iuramentum, etsi à princ. sit voluntarium, quòd ad effectum tamen, & respectu finis est necessariū, quia iurantem obligat, ideòq. actus perfectè consumatus requiritur, vt tactus, de quo latè per glo. notab. de hæretic. in Clement. cap. 1. dicto § porrò. vers. tacta, & in d. cap. laudabilem in tex.

15 † An autem manibus sit tangendum omninò, vel sufficiat si pede tangatur, aut cubito? videtur tactus actum
16 quoquo membro factum sufficere, quia † expresè prohibitum, quòd non est, videtur concessum. ff. ex quib. ca. maior. l. nec non. §. quod eis inquit, vbi pulchra gl. vers. prohibeant, sed tactus pede, aùt cubito expresè non est prohibitus, ergo admittendus videtur, tanto magis cū iura supradicta loquentia de tactu, non de membro in particulari loquantur, sed in generali de corpore, audi verba Clem. V. in Concilio Viennensi, in præcitato §. porrò, composita ibi, iurabunt ad Sancta Dei Euangelia corporaliter à se tacta, & in dicto cap. fin. de iuram. calumniæ, ibi propositis tātum, sed non tactis, nec prætere a tactus manibus videtur necessarius, q̃a (ni fallor) tangitur, vt enixa obligandi voluntas demonstretur, sed actus facti est cubito, aùt pede tangere, sicuti manibus, ergo nulla videtur differentia, si vno, aut alio membro tangatur modo corporale sit, vnde dicendum est, cum
17 Paulo, † non tantum verbis ratū haberi posse, sed etiam

actu.

actu.ff.rem ratam haberi. l. Paulus, & fic de actu in genere intelligendo, non particulariter. Nos autem dicimus omninò effe manibus tangendum,non alio corpo-
18 ris membro, † fingula enim membra fuum habent offi-
19 cium,atque indecorum eft, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, de hæretic.c. cum ex iniuncto,§.ficut enim & 89.dift.cap. fingula.ef-
20 fet.n.contra generalem totius orbis confuetudinẽ,†quę optima legum interpres afpicitur,de confuetud. cap.cũ
21 dilectus, †nec vllo funt mutãda modo,quæ femper certamhabuerunt interpetrationem,ff.de legib.l. minimè, & ibi glo.facit.C.de edific.priu.l.an in totum, non ob-
22 ftant contraria,& primo dictus §.quod eis inquit,quia† vbi lex figit pedes fuos, ibi præfiftere debemus,vt per glo.ff.profotio.l.fi non fuerit,verf.fed damnum in fine.

Sed in iurandi materia figit pedes in manibus, auth. iusiur.quod præft.in princ. ibi in manibus meis teneo, ergo videtur pede,aùt cubito non poffe tangi, etfi Clementis dictum, ibi, corporaliter à fe tacta, intelligeretur de quolibet membro, improprius effet intellectus, longèq. à verifimile deuius,tanguntur enim omnia manibus,tàmquàm mẽbro ad tactum formaliter deftinato
23 d.cap.fingula,vnde † fi quis,pede iurando tangeret, aùt cubito videretur,potius actum deridere,quàm tangendo comprobare, fi vera eft Pauli fententia pro contraria.in d.l.Paulus allegata,facti actum fortiorem effe ad voluntatem ipfam oftendendam, quæ quidem noftra opinio gloffæ cohærens eft.de elect.in 6 cap. vt circa,§.quorum perfonis.verf.corporali, per totum, fed †
24 an femper Sancta Dei Euangelia tangenda fint, vel ne? dicerem apud Italicos reperiri cõfuetudine interpetra-

tum

tum cuiuslibet libri, scripturęuè tactum sufficere, vt notatur de hæret. in Clem. cap. 1. dicto §. porro, vers. tacta in fine.

25 Sed † pone, quòd pauperi inferatur iniuria, qui non potest iurare prius voluisse centum ammittere, quàm iniuriam pati talem, quia illa. C. nō habet, quid agetur? dicas iurabit se voluisse potius carere lucro centum; quàm eam pati, ne impunitum remaneat delictum. ff. ad l. aquil. l. ita vulneratus. §. 1. glo. in l. iniuriarum extimatio. ff. de iniur.

26 Quæro modo † an si criminaliter agatur in quo iudicis versatur arbitrium, possit Iudex ad mortem vsque se extendere, dicunt hac in re quiddam attēdi, quod alias iudicari solitum est.

27 Nos aùtem id negamus, quoniam † non exemplis, sed legibus est iudicandum. C. de sentent. & interloc. l. ne-
28 mo Iudex, † nec debet mendicatis Iudex vti suffragijs, sed ipse rei veritatem inquirere. C. de accusat. l. singuli,
29 prout † nec spectare quid Romæ factum sit, sed quod fieri debuit. ff. de off. præsid. l. sed licet is.

Nec obstaret. ff. de postul. l. 1. §. nunquid ergo, & magistratus, vbi iudicatur exemplis, quia legum ibi sunt exempla non præsidis, vt ibi per glo. vers. exemplis, vnde concludas posse Iudicem in arbitrarijs ad mortem vsque se extendere inst. de iniur. §. in summa, vbi gl. vers. extraordinaria, & ibi apostilla, facit. C. si aduers. liber. l.
30 quos in fine, Tenetur veruntamen † iudex tale arbitriū legibus comprobare, secundum quas iudicabit, & arbitrium formabit auth. de iudic. § fin. in princ. coll. 6. auth. vt iudic. non expectēt Sacr. iuss. §. 1. vers. in Criminalibus, aùtem causis coll. 9. facit auth. vt cler. apud prop.

Epi-

Epifc.in princ.verf.fi vero refutauerit Iudex coll. ead.

31 Sed quæro † quis extimabit iniuriam cædens, an cesfionarius,iam quod fupra diximus cædi poffe lite conteftata, fi in primo libello extimatio referuetur? dicerẽ quòd neuter, fed Iudicis extimatione cõdemnationem

32 fieri.ff.de iniur. l. conftitutionibus, † infpecto tempore inlatæ iniuriæ,non quo iudicatur.ff.eod.dicto l.iniuriarum extimatio, ne damnum effet actori, vel reo fi fortè vilior,aut honeftior fieret inferens.

33 Sed quis extimabit iniuriam furiofo factam? videtur,quòd nullus,quia agens non poteft, qui debet extimare per prædicta. Item nullus propter incertitudinẽ. arg.eorum,quæ notantur in gloff.fin. ff.de pact. in l. veteribus:Nos autem dicimus,quòd Iudex,vt d. l. conftitutionibus.

34 Quæro etiam † quæ fit differentia inter actionem iniuriarum, & legis aquiliæ? dic quod prima principaliter tendit ad vindictã, fecunda principaliter ad damnum, ita dicit gl.in l licet.§. 1.verf.publica ff de procurat.

35 † An agenti Ciuiliter præcludatur via agendi criminaliter,vel ècontra?dicas ꝙ fic,vt ff.de iniur.l.quod Senatus,& l.prætor.§. 1.q a vtrumq́. proponitur ad vindictam,fed fi agatur pro atroci iniuriarum, nihilominus agitur aquilia ad damnum,& è conuerfo, quoniam ad diuerfa tendunt.ff.eod.dicto.l.item apud,§.fi quis feruo verberato,eoq́. cafu in actione iniuriarum non habetur ratio damni, vt dãni, fed vt contumeliæ.ff.eod. dicto.l. dominũ,facit. C.quãdo Ciuil.act.Crim.præiud.l.vnica.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iniuria directo fit, & per consequens.*
2 *Iniuria directo qualiter fiat, & qualiter per consequens.*
3 *Iniuriam filius propriam non remittit inuito patre.*
4 *Iniuria non dicitur, quæ in volentem fit.*
5 *Fur non dicitur, qui domini voluntate rem putauit attingere.*
6 *Filiusfamilias, quando agere possit iniuriarum.*
7 *Absentis multæ sunt species.*
8 *Patris procurator præfertur filio in accusando iniuriam filij, & quando fallit.*
9 *Patre furioso, an filius agat pro iniuria propria.*
10 *Furiosus quando pro absente habeatur.*
11 *Patre præsente, & remittente, vel nolente agere pro iniuria filij, an ille agere possit.*
12 *Pater filio delatam hæreditatem eo inuito non repudiat.*
13 *Conditio iniqua fieri per alterum, alteri non debet.*
14 *Coniecturæ locum in incertis habent.*
15 *Filio affecto iniurijs, videtur magis pater, quàm ipse affectus.*
16 *Pater quibus in casibus filio factam iniuriam non remittit.*

Gra-

17 *Grauius fertur, quod a coniunctis fit, quam ab extraneo.*

18 *Pater vilis non debet honeſtioris filij contumeliam ad propriam vtilitatem metiri.*

19 *Filiusfamilias quoad violati Thori iniuriam, ab eo, qui ſui iuris eſt non ſeparatur.*

20 *Pater inofficioſo condito teſtamento, non poteſt per id quam filio facit iniuriam remittere.*

21 *Iniuriam, quæ multis competit, quis accuſet, & qualiter ea in re procedatur.*

22 *Iniuria vni de agnatione facta, omnibus videtur facta.*

23 *Iniuria vni ex coniunctis facta, offenſus tantum ciuiliter accuſat non alius.*

24 *Iniuriarum actio proximiori competens, ſi non agat, an ad vlteriores in gradu extendatur.*

25 *Pater num poſſit filij vnius iniuriam remittere alijs filijs inuitis.*

26 *Pater cum filijs equaliter ſuccedunt altero ex filijs præmortuo.*

27 *Pater cum filijs vna eademq; perſona dicitur.*

28 *Pater an agat pro iniuria filij emancipati.*

29 *Pater naturales etiam filios tenetur alere.*

30 *Patri actio non competit pro filij iniuria in eum, qui illum patremfamilia credebat.*

31 *Filius ex hæres patris, vel ſi paternam repudiaſſet hæreditatem agit pro propria iniuria, quam pater non vindicauerat.*

dicauerat.

32 *Filio volente per procuratorem agere iniuriarum, an possit.*

33 *Procuratoris vsus quare fuit inuentus.*

34 *Iniuria nepoti facta præsente patre, an auo competat, vel patri:*

35 *Patris est filium omnibus in rebus tueri.*

36 *Actio pro iniuria seruo ante manumissionem, vel venditionem facta, domino, vel venditori, non ipsi, seu emptori competit.*

37 *Actio arborum furtim cæsarum ante venditionem venditori competit.*

38 *Tempus iniuriæ inspicitur, vt quis agere possit.*

39 *Furti actio manumissione non extinguitur.*

40 *Vxor an agat pro iniuria viri.*

41 *Vim vi repellere licet.*

42 *Vxor cum viro sotia est diuinæ, humanæq; domus.*

43 *Vir, & vxor vna eademq; sunt caro.*

44 *Compaternitas viri ad vxorem extenditur.*

45 *Fœminarum conditio in multis est iuris articulis masculorum conditione deterior, & nu seq.*

46 *Officia virilia fœminis non benè conueniunt:*

47 *Statutum in viro, quando locum habeat in vxore.*

48 *Vir, & vxor correlatiua sunt, & ad paria iudicantur.*

49 *Dignitatis appellatione in pœnalibus venit dignitas principa-*

cipaliter, non per consequentiam.

50 *Prohibitus apud Præsidem postulare, non prohibetur apud legatum agere.*

51 *Episcopi dignitas in Vicario repræsentatur.*

52 *Clericum coniugatum percutiens est excommunicatus; secus est in eius uxore.*

53 *Clericus coniugatus excepto priuilegio Canonis, & fori merus laicus est.*

54 *Uxor viri priuilegio non gaudet nisi exprimatur:*

55 *Statutum pœnale verificatur in casu vero, non ficto.*

56 *Uxor fictè, & impropriè viri potitur dignitate.*

57 *Directo idem fit quandoq; quod per consequens:*



Otius quàm iniuriam substinere *h* voluisset inlatam.

H Substinere Altero de duobus modis substinetur iniuria

1 † directo, & per consequens, idest per alios, Directò cū patri familias fit iniuria, per consequēs

2 cum non ipsi, sed per alium ei fit. † Ea enim quæ liberis nostris in potestate irrogatur, vel seruis in nostri contumeliam, aut vxori, nuruuè nobis facta dicitur, cum ad nos spectet, quæ ijs fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subditi sint, quia eorum seruitus ad dolorē nostrū, iniuriamq. nostram porrigitur. ff. de liber. ca. l. 2. Atquè

P 2 adeò

dicauerat.

31 *Filio volente per procuratorem agere iniuriarum, an possit.*

33 *Procuratoris vsus quare fuit inuentus.*

34 *Iniuria nepoti facta præsente patre, an auo competat, vel patri:*

35 *Patris est filium omnibus in rebus tueri.*

36 *Actio pro iniuria seruo ante manumissionem, vel venditionem facta, domino, vel venditori, non ipsi, seu emptori competit.*

37 *Actio arborum furtim cæsarum ante venditionem venditori competit.*

38 *Tempus iniuriæ inspicitur, vt quis agere possit.*

39 *Furti actio manumissione non extinguitur.*

40 *Vxor an agat pro iniuria viri.*

41 *Vim vi repellere licet.*

42 *Vxor cum viro socia est diuinæ, humanæq; domus.*

43 *Vir, & vxor vna eademq; sunt caro.*

44 Compaternitas viri ad vxorem extenditur.

45 *Fœminarum conditio in multis est iuris articulis masculorum conditione deterior, & nu seq.*

46 *Officia virilia fœminis non benè conueniunt:*

47 *Statutum in viro, quando locum habeat in vxore.*

48 *Vir, & vxor correlatiua sunt, & ad paria iudicantur.*

49 *Dignitatis appellatione in pœnalibus venit dignitas principa-*

cipaliter, non per consequentiam.

50 *Prohibitus apud Præsidem postulare, non prohibetur apud legatum agere.*

51 *Episcopi dignitas in Vicario repræsentatur.*

52 *Clericum coniugatum percutiens est excommunicatus, secus est in eius uxore.*

53 *Clericus coniugatus excepto priuilegio Canonis, & fori merus laicus est.*

54 *Uxor viri priuilegio non gaudet nisi exprimatur:*

55 *Statutum pœnale verificatur in casu vero, non ficto.*

56 *Vxor fictè, & impropriè viri potitur dignitate.*

57 *Directo idem fit quandoq; quod per consequens:*



Otius quàm iniuriam substinere *h* voluisset inlatam.

H Substinere Altero de duobus modis substinetur iniuria

1 † directo, & per consequens, id est per alios, Directò cũ patri familias fit iniuria, per consequẽs

2 cum non ipsi, sed per alium ei fit. † Ea enim quæ liberis nostris in potestate irrogatur, vel seruis in nostri contumeliam, aut vxori, nuruuè nobis facta dicitur, cum ad nos spectet, quæ ijs fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subditi sint, quia eorum seruitus ad dolorẽ nostrũ, iniuriamq. nostram porrigitur. ff. de liber. ca. l. z. Atquè

3 † adeò filijs nostris inlata pudorem nostrum perstringit. vt etiam si volentem filium quis vendiderit, patri proprio quidem nomine iniuriarum actio cõpetit, filij verò
4 non, † cum iniuria non dicatur, quæ in volentem fit. ff. de iniur. l. 1. §. vsquè adeò. ff. de acqua plu. arc. l. in diem,
5 nimirum ergo si † is qui domini voluntate rem putauit attingere fur dici non poterit instit. de oblig. ex delict. §. placuit. ff. de furt. l. qui re sibi, & l. inter omnes. §. rectè, & glo. in d. l 1. vers. quæ in volentem.
6 Sed quæro † poterit ne quandoquè qui in potestate est agere iniuriarum? dicas, quòd si is in cui potestate est, sit absens, neque eius procurator adsit, qui suo nomine agat, causa cognita filio familias iniuriam passo actionẽ dat prætor. ff. de iniur. l. sed si vnius, §. si ei qui in alterius. Causa autem cognita dicitur si attendatur, quàm longè pater absit, & quando superuenturus sit, & nunquid ad actionem intentandam aptus sit filius quasi dicat, quòd si pater de proximo veniat, vel filius sit inhabilis, tunc agere non posset, dicto §. sed si vnius, §.
7 quòd aùtem ait prætor. Sed † qualiter pater dici possit absens? multis equidem respondeas posse modis absentem considerari. Alia enim probabilis est, & necessaria, vt militię, alia probabilis tantum, vt studiorum, alia necessaria tantum, vt in relegato, alia voluntaria sine contumacia, vt in mercatore, alia voluntaria, sed cum contumacia de quibus notat glo. ff. de restit. in integr. l. inter minores, quæ est finalis vers. appellare, vnde in casu nostro, etsi absens pater videatur quoties in iuditio nõ sit. ff. de fideicom miss. libertat. l. non tantum, §. Senatusconsulto. & ff de dam. infect. l. 4. §. Prætor ait, & auth. de testib. §. pen. coll. 7. Vel in tota ciuitate non reperiatur, vt

per

per gloff.C.de emãcip.lib.l. iubemus verſ vel abſentes, & gloff.ff.de euictio.l.ſi ideò,verſ.abſit,vel in territorio ius dicentis non exiſtat,vt per glo ff.de iudic.verſ.hæres abſens in l. hæres. 19. in princ. vel in alia ſit Prouintia. C.de præſcript. longi temp. l. fin. vel ſi eo in loco reperiatur in quo alterius non poſſet vocem exaudire, vt ff. de verbo.oblig.l. 1.in princ.Nihilominus abſentem patrem,tunc dicimus, vel quoties verè abſit à loco iuditij, vel quoties tametſi præſens latitet ne inueniatur. ff. de verbor.ſignificat. l. abſentem. 199. nihil enim intereſt quoad latitãdum attinet, vtrum quis perfugerit, an verò Romæ agens copiam ſui non faciat. ff. de priuileg. credit.l.eum qui circa,quemadmodum abſentem etiam reputamus de proximo abfuturum patrem,vt ff.de procurat.l.filiusfamilias.§ fin.in fine.

8 Sed ecce † procurator patris præfertur filio iniuriam paſſo, ſi ille negligat, vel colludat, vel ad actionem aduerſus perſonas,quæ iniuriam fecerint non ſufficiat, vel quia mandatum probare nõ poteſt,vel quia pauper eſt, vt ff.mandati.l.ſi procuratorem. §. ſi ignorantes, vel alijs implicatus negotijs huic ſupereſſe non valeret. arg. ff.de procurat.l.ſi filiusfamilias.§. 1.& l.ſeq.vel fortè ob aduerſarij potentiam.arg ff.de alienat.iud. l. 3. in princ. vel quia fortè ſimplex,talia exequi neſciat, quid agendum? dicas paſſum filiumfamilias agere poſſe, patris procuratore,tali non obſtante.d.l.ſed ſi vnius.§. procuratorem.

9 Modo quæritur † quid ſi pater filij iniuriam paſſi ſit præſens, furore tamen grauatus agere non poſſit, nunquid ſimiliter agat filius? dicas quòd ſic, quia talis pater abſentis loco eſt,etſi præſens reperiatur.d.l.ſed ſi.§.

filio

filio familias,vbi glo.verſ.abſentis.

Nec obſtat,quòd Paulus inquit in l.2.ff.de procurat.
10 quòd † furioſus abſentis loco non ſit habendus, quia id
procedit, vt procurator conſtituatur, nam animus ei
deeſt,vt ratum habere poſſit, vnde etſi quoad animum
dici poſſit abſens,ſecus tamen eſt quoad corpus, ita di-
cit glo.in l.2.ff.ſol.matrim. verſ. ſed ſi abſens,vel dicerẽ
equiparari furioſum abſenti, quando verus conſenſus
requiritur,ſecus quando ſufficit non contradicere,vt d.
l.2.§.voluntatem.

11 Sed † pone,quòd pater ſit ſanus,& præſens, nolitque
agere, vel quia differt, vel quia remittit, aùt donat
12 iniuriam,an filio detur actio? videtur,quòd ſic,quia † pa-
ter hæreditatem filio delatam, eo inuito repudiare non
poteſt. C.de iure deliber. l. remittente. C.de repud.bo-
nor.poſſ.l.filio,& C.de fideicom.l.ex repudiatione:cum
13 † non debeat alteri per alterum fieri iniqua conditio.
ff.de reg.iur.l.non debet.75.Tu autem dicas, quòd non,
quia poteſt pater filio factam iniuriam remittere. ff.de
pact.vbi gloſſ notab.& ibi apoſtilla,verſ.quin.l. in per-
ſona. Differentiæ ea eſt ratio, quòd patre abſente da-
tur, quia veriſimile eſt patrem ſi præſens fuiſſet actu-
14 rum,d.l.ſed ſi vnius.§ planè.ff de iniur. † In incertis e-
nim coniecturis eſt locus. ff. de verbor.obliga. l. conti-
nuus 137. §. cum ita ſtipulatus in fine. vbi gloſſ. verſ.
nullus.

Nec obſtaret patrem non poſſe in filij præiuditium
remittere,vt C.de bon.mat.l.1.& l.renitẽte,cũ alijs ſu-
15 pra in contrarium allegatis,quia † filio affecto, videtur
magis pater affectus,quàm filius. ff. quòd met. ca. l.iſti
16 quidem.Quod q.dẽ non indiſtinctè procedit, † quia ali-
qui-

quibus in causis filio factã iniuriam pater non remittit.
17 Primo si à coniuncto ei fiat, quia † grauius fertur, quã si ab extraneo, vel ignota facta esset. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet, vbi glo. vers. grauius, facit. ff. solut. matrim. l. Lutius.

Secundo, si filius maioris esset existimationis, vel di-
18 gnitatis, quàm pater, quoniam † non debet vilis pater honestioris filij contumeliam, ad propriam vtilitatem metiri. d. l. sed si vnius. §. interdum, facit. ff. solut. matr. l. si cum dotem. §. eo aûtem tempore.

Tertio si filius violati Tori patiatur iniuriam, quia
19 eam pater non vtique posset remittere, † cum ab eo qui sui iuris est in ea causa non separetur. C. ad l. Iul. de adul. l. inter liberas. §. filius familias, eaq́. res in cęterarum numero non cædat.

20 Quarto pater qui inofficiosum condidit testamentũ non potest, hanc quàm ipsemet filio proprio fecit iniuriam remittere, quia filij tantum est iniuria. ff. de inoff. testam. l. Papinianus in princ. vbi glo. vers. ipsius.

21 Quid † si offensus matrem habeat, filios, aût fratres, vel alios cõiunctos, an omnibus cõpetat ius accusandi, vel offenso transigente alij excludãtur? videtur de iure muni dicendum, quòd criminaliter agi possent con-
22 cõiuncti, nõ obstante transactione offensi, † ea enim quę vni facta est iuiuria, omnibus de agnatione videtur facta. ff. de iniur. l. lex Cornelia, & per consequens agendo
23 coniuncti propriã accusarent iniuriam, † Ciuiliter verò nemo coniunctorum posset agere, nisi principaliter esset offensus, vel nisi offensum haberet in potestate, vt pater pro offensa filij, maritus pro offensione in uxorem, ut ff. de iniur. l. 1. §. usque adeò, & l. seq. Sed de iure Pragmatica-

ticarum dispositionibus iuris Romani, sublatis, cui succedendi, ius competit, cõpetet ius accusandi, ut Regia Pragm.8.tit.de compositio.etsi plures eodem in gradu sint, per remissionem unius, alterius ius non ledditur, ut ibi.

24 Quid † si actio hæc tribus competeret ordine successiuo ueluti unus proximior sit altero, an primo nolente agere. Secundus excludatur? & licet cogi posse primũ dicere intra certum tempus si vult agere videatur. arg. C.de iure delib.l.fin.§.similiq́. modo, Ipse tamen dicerem dictam Pragmaticã vni actionem concedere, alios excludere, ac propterea eo cui cõcessum est agere nolente, alios non admitti, quia videtur iuri proprio non agendo renuntiare, quòd potest. ff.ad Velley.l.si §.pen. & C.de Episc.& Cler.l.si quis in conscribendo, quilibet enim pro se licitè introducta contemnit.ff.de minor.l.si Iudex.etiam in tertij præiuditium, vt latè alibi à nobis ipsis disputatum Deo dante videbitur, sed pro nunc te ad glo.de hoc magistram remitto in l. si quis in conscribendo.C.de pact.vers.antiqui.

25 Sed † videtur patrem non posse hodie filio factam iniuriam remittere, alijs filijs, fratribus off... nsi inuitis, nã
26 † in hęreditate castrense filij succedunt equaliter pater, alijq́. eius extra potestatem defuncti fratres, auth. defuncto.C.ad Tertull.& auth.de hæred. ab intest.veniēt. §. igitur defunctus descendentes, cum ergo omnibus equaliter competat ius succedendi, debent etiam equaliter ad ius accusandi admitti, per dictam Pragmaticam octauam.

Contrarium nihilominus videtur magis iuri consonum, quia si pater potest filio factam iniuriam remitte-
re,

re, & eo inuito, vt glo. & tex. in d. l. in persona. ff. de pact. quanto maius fratribus inuitis, qui non sunt principa-
27 les offensi, maximè quia † pater, & filius vna eademq; persona reputatur. ff. de lib. & posth. l. in suis, & ff de suis, & legit. hæred. l. in suis, & magis videatur pater offensus, quàm frater.

28 Sed † nunquid pater agat pro iniuria facta filio emā-
29 cipato, vel naturali? videtur, quòd sic, quia † eos etiam tenetur alere ff de lib. agnosc. l. si quis in princ.

Sed dicas contrarium per tex. instit. de iniur. §. patitur aùtem, ibi, in potestate, & ff. eodem dicto. l. sed si vnius, § ponamus eum esse vbi glo. vers. si emancipatus,
30 eo magis, quia † si patri actio non competit, quoties filiusfamilias cæditur ab eo, qui eum patrē familias credebat. ff. eodem dicto. l. eum qui nocentem. §. at cum aliquis, quanto maius cōpetere negabitur patri actionē, quando verè est emancipatus, nisi iniuria ante emancipationem facta esset, per ea, quæ dicam de alienatione, infra.

At quia diximus patre ob furorē non agente pro iniuria filij, filio actionē cōpetere pro iniuria propria, q d si exhæredatus sit ante furorem, vel ex parte scriptus
31 hæres, vel paternam repudiet hæreditatem, nūm agere poterit? dicas, quòd sic, quia absurdum esset, eum quem pretor patria potestate manente ad actionem admisit, sui iuris iniuriarum suarum actione priuari, & ad patrem transferri, qui quantum in ipso erat, quia non potuit ommisit, aùt (quod est indignius) ad patris hæredes transferri, ad quos nulli dubium filio familias factam iniuriam nō pertinere, vt d. l. sed si vnius in fine.

Q Quid

32 Quid † si filius vellet per procuratorem agere, non per se? dic posset, alioquin si infirmitate, alioué iusto impedimẽto detineretur, nec haberet, qui actionẽ exequi posset ius prædictum impediretur. d. l. sed si vnius. §.pen.
33 † fuit enim procuratoris vsus per quàm necessarius, vt ijs, qui proprijs per se ipsos superesse rebus, vel nollent, vel non possent, per alios posse concederetur. ff. de procurat. l. 1. ff. de iniur. l. non solum aùtem. §. agere, quàm aùtem authoritatem habere oporteat procuratorem, vt iniuriarum agat infra dicam.
34 Quæro vlterius, † fit nepoti iniuria patre tamẽ præsente, licet absente auo, cui competit iniuriarum actio patri, an auo? dic patri, quàmuis in aui sit potestate nepos, instit. quib mod. ius pat. pot. solu. §. admonendi.
35 per tex. ff. de adopt. l. liberum. Est ratio, quia † ad patris officium pertinet, etiã in vita filiũ aui proprium omnibus in rebus tueri. d. l. sed si vnius. §. qui iniuriam accepit, quem text. singularem notat ibi apostilla Bologn. quia ex eo argumẽtum trahitur patrem teneri ad alimenta filij non auum.
36 Quid † si seruus cuius nomine actio cõpetit iniuriarum manumittatur, aùt alienetur? dic domino actionẽ remanere. ff. eodem dicto. l. si seruum, & l. seq. nam, &
37 † qui agnum vendidit, pro arboribus ante venditionẽ furtim cæsis, furti aget. ff. arbor. furt. cæl. l. qui agrum;
38 quemadmodum † si fundum ad quem ducebas aquam vendideris, & tradideris, nihilominus si antea prohibitio tibi facta esset, ne duceres, interdictum tibi competeret. ff. de aqua quotid. & est. l. 1. §. si fundum, & §. præterea illud.
39 Hinc † videmus manumissioue furti actionem non

extingui,

extingui, propter, quòd qualitercunquè domino subtra-
ctus sit seruus, superest tamen aduersus furem furti a-
ctio. ff. de furt. l. inter omnes. Quinimmo nihil intererit mortuum esse seruum, aut venditum, ne dum manumissum, quia nihilominus iniuriæ sequi poterit condemnatio. arg. ff. eodem dicto. l. in furti. in princ facit gloss. in d. l. inter omnes, & gloss. in d. l. qui agrum, vers. agere pot. & glo. in d. l. si seruum. § actio.

Sed dixi viro actionem competere pro iniuria in v-
40 xorē illata, † nunquid ècontra affecto viro agere vxor
41 poterit? videtur, quòd sic, † quia si licet ad alterius defensionem, nè dum ad propriam vim vi repellere, eoq. in casu clarum sit affectionem considerari, vt per gloss. ff. de iust. & iure, l. vt vim, vers. nàm iure, quis maior erit
42 in affectū vxori, quàm maritus? † cum quo sotia est diuinæ, humanæq. domus. C. de Crim. expil. hæredit. l. aduersus, & ff. de ritu nupt. l. 1. C. de Iude. l ne quis, & l ne-
43 mo. ff. ad municip. l. fin. §. 2. † Cum quo secundum verbum Dei vna, eademq. caro effecta est per connubium de cognat. spirit. cap. Martinus. 30. quæst. 4. cap. substi-
44 tuatur, & cap. si quis ex vno, propter quòd † viri compaternitas ad vxorem ducitur, atque ambos ligat æqualiter quoad quædam, quia vnum est corpus, licet duæ sint personæ. 27. quæst. 2. cap. Agathosa.

Tu aùtem dicas, quod non, quia æquum est defendi vxores à viris, non ècontra. ff. de iniur. l. quod si viro, instit. eodem dicto §. patitur aùtem, nisi eodem tempore quo maritus afficitur, afficeretur, & vxor, vocetur fortè maritus meretricis, tunc enim, etsi agere videretur vxor pro iniuria mariti, ageret tamen principaliter pro offensa propria, vt ff. eod. dicto. l. 1. in fine.

Esset etiam alia ratio vxorem non posse agere pro
45 iniuria mariti, quia † in multis iuris articulis deterior est fœminarum conditio. ff. de stat. homin. l. in multis.
46 Item † alienam sumere defensionem virile est officium, & fœminis non benè conueniens. C. de procurat. l. alienam. ff de reg. iur. l. fœminæ. 1. ff. de procur. l. neque fœmina, licèt quandoq. fallat, vt ff. eodem dicto. l. fœminas 41.

Quibus autem in casibus fœminarum conditio sit deterior habes per gloss. in d. l. in multis vers. in multis, & in gloss. d. l. fœminæ, & quod quandoq. par sit vtriusque conditio, notat gloss. in cap. mulieris, de iudit. in 6. vers. prohibemus.

47 Ex prædictis infero, † Pone statuto caueatur, in C. puniri eum, qui in officialem iniuriam intulerit, si eius vxori fiet, an adhuc locum statuto erit, quia viro priuilegium concessum competit eius vxori. C. de iniur. l. fin. & C. de possessor. & medic. l. medicos, & l fin. lib. 10. & C. de proxim. sacror. scrinior. l. in sacris nostris, lib. 12. & C de priuileg. scholarium. l. fin. §. quoties sane, libro eodem dicto, & C. de Principi. agentium, l. vltima, §. ad similitudinem, eodem libro, & C. de vxor. militum per totum.

48 † Correlatiua enim sunt vir, & vxor, ideòque ad paria iudicantur. C. de indict. vid. toll. l. fi.

Ipse autem contrariam amplector sententiam, his ductus potissimum rationibus.

49 Primo nàm † in pœnalibus dignitatis appellatione venit dignitas, prout est principaliter, non in consequētiam, &
50 participatiue, † prohibitus enim apud Præsidem postulare non prohibetur apud legatum agere. ff.

pœn.

pœn.l.moris in princ. & tamen Præfidis dignitas legato communicatur in confequentiam. ff. de off. Præfid.l.
51 1. Quemadmodum † Epifcopi in Vicario repræfentatur de confuetud.cap.confuetudo in 6.
52 Secundo † clericum coniugatum percutiens eft excommunicatus. 17.q.4. cap. fi quis fuadente, & tamen tale priuilegium ad vxores non extenditur, quia Eccle-
53 fiaftico competit ordini non laicali. Quinimmo † clericus ipfe vltra Canonis, & fori, quod retinet priuilegium merus laicus reputatur, adeò quod nec Vicarius effe poffet, neque ad collectas tallias, aliafq́. vexationes teneretur. cap. vnico de Cler. coniug. in 6. vbi gloff. & de bigamis in 6. cap. vnico, & ibi glo.
54 Tertio † vxor non gaudet viri priuilegio, nifi exprimatur de priuil. in 6. c. nec aliqui, per quod ad vxorem non trahitur, quòd in marito difpofitum reperitur, quia
55 pœnale ftatutum verificatur in cafu vero non ficto, de reg. iur. in 6. c. odia, ff. de lib. & pofthum. l. cum quidam, vbi ad id gloff. notab. verf. adiuuandas,
56 Ergo ad vxorem non extenditur, quæ fictè, & impropriè eius potitur dignitate. ff. de neg. geft. l. ait prætor fi quis. §. hæc verba.

Conftat igitur, quem per fe, & per alium pati in-
57 iuriam poffe, † quia tantum fit directo, quantum fieri poffibile eft per confequens, hinc videmus infamia notari, lenocinijquè teneri eum, qui quæftuaria habet mancipia, fiue principaliter tale gerat negotium, fiue alterius negotiationis acceffione, puta caupo effet, vel ftabularius, qui talia haberet mancipia miniftrantia, minifterijq́. occafione quæftum facientia, ff. de his qui not. infam. l. athletas. §. fiue autem, inde etiam eft, quòd

procu-

procurator, vt in cæteris negocijs gerendis, ita & in litibus ex bona fide, rationē reddere tenetur, vt sic quidquid ex lite consequeretur, siue principaliter ipsius rei nomine, si fortè ipsam rem, siue eam ob rem extrinsecus debet mandati iuditio restituere. ff.de procura.l.qui proprio.§.procurator, vt in cæteris, facit.ff.ad l.aquil. l. proinde, & ff.de vi, & vi arm.l.1.§.qui seruus.

SVMMARIVM.

1 *Iniurias plures inferens, an pluribus teneatur pœnis.*

2 *Stipulationes tot sunt, quod sunt verborum conceptus.*

3 *Furans infantem, si pœnes eum adolescens efficiatur, duorum dicitur furtum.*

4 *Obligationes duæ eadem de re in eiusdem personam concurrere possunt.*

5 *Actio pluribus oritur ex vna iniuria.*

6 *Furans hominem, & occidens, furti tenetur, & aquilia.*

7 *Surripiens, & cadens duabus actionibus tenetur.*

8 *Actio ex locato, & aquilia datur pro seruo locato vulnerato.*

9 *Terminos plures amouens, pluribus tenetur pœnis.*

10 *Iniuria ex affectu fit.*

11 *Promittens bis idem semel tantum tenetur.*

Furans

12 *Furans instrumentum, & lacerans vnicam pœnam luet.*

13 *Pœnæ tot dantur, quod sunt causæ.*

14 *Occidens pluribus vulneribus, vna tenebitur actione de occiso.*

15 *Appellatione violentiæ multa complectuntur facinora.*

16 *Arborem geminam cædentem, ex vnica radice, an duplici punietur pœna.*

17 *Iniuria fit verbis, cum conuicium fit.*

18 *Testamenta plura vnius voluntatis fieri possunt.*

19 *Adulter vna punitur pœna, etsi pluries adulterasset:*

20 *Iniuriam suorum vsque ad quem gradum accusare possunt coniuncti.*

21 *Appellatione suorum qui veniant.*

22 *Testificari quem vsque gradum nemo cogatur.*

23 *Sobrini sunt in sexto gradu.*

24 *Iniuriarum an magistratus teneatur, & num officio durante.*

25 *Procedi num hodie ex officio possit, vel ad quærelam in actione iniuriarum.*

26 *Procedere quando possit Curia ex officio parte porrecto libello desistente, cum seq.*

27 *Ius mihi quæsitum sine facto meo auferri a me non poterit.*

28 *Fiscus nullum ius habet in pœnis ante sententiam.*

29 *Remissione ius agentis extinguitur, non autem vindicta publica.*

Et


T in eo quòd actor prædicto modo iurauerit, condemnatio subsequatur. i

1 Subsequatur Quæro hic, caueatur statuto, quodlibet verbum, vel factum iniuriosum puniri in centum, † si quis vno eodemq́. tempore tria inferret verbera, vel verba diceret iniuriosa, nunquid in C. tantum damnabitur, vel ter. C. & vide-
2 tur ad ter C. quia † quòd sunt causæ in stipulatione deductæ, tot sunt verborum conceptus, & quod præcesserunt conuentiones distinctæ, tot stipulationes dicentur. ff. de verbor. oblig. l. scire debemus 23. & l. Titia 134. §. fin. & l. pluribus. 140. in princ.

3 Item † videmus duorum dici furtum infantis, & adolescentis, si infans furetur, & pœnes furẽ fiat adolescẽs, ff. de furt. l. inficiando. §. infans.

4 Item † non videtur nouum duas obligationes in eiusdem persona eadem de re concurrere. ff. de act. empt. l. non est nouum in princ.

5 Item † pluribus actio oritur ex vna iniuria. ff. de iniur. l. eum qui in princ.

6 Item † qui furatur hominẽ, & occidit, furti tenetur, & aquilia, neque harum altera, alteram consumet, quem-
7 admodum † si surreptum flagello cæcideris, duabus actionibus eris obnoxius, furti, & iniuriarum, etsi fortè occideres tribus. ff. de priuat. delict. l. nunquàm.

Item

8 Item pro seruo locato vulnerato,& aquilia,& ex locato datur actio.ff.locati.l.si vulneraueris.

9 Item † vnicum amouens terminum in quinquaginta aureis multabitur,etsi plures moueantur,in terminos singulos quinquaginta soluētur,ita dicit tex.ff. de term. moto.l.agraria.

Contrarium tamen est verius,quia vnica fuit cædendi,& afficiendi voluntas, vnicus voluntatis furor assun-
10 tus, † cum iniuria ex affectu fiat.ff.de act. & oblig.l.qui seruum in princ.33. Et ideò vnica dicitur iniuria,& per consequens centum tantum soluere tenebitur. Hinc vi-
11 demus † eum qui bis idem promittit, non nisi semel te-
12 neri.ff.de verbor. oblig. l. qui bis.18. Hinc† si quis instrumentum surripiat, priusquàm deleat, tanti tenebitur,quanti domini intererat non surripi, & delendo nihil ad pœnam adiecit,quia surripiendi actus, & delendi causa fuit vnica. ff. de furt.l.sed si surripuit.

13 Et † ex singulis causis singulæ pœnæ dātur.ff.ad Turpil. l.in Senatusconsultum.l.an ad eos, idque est, quòd
14 declarando Caius inquit, † si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit, nonne vna erit actio de
15 occiso,vt ff.ad l.aquil.l.illud.§.fin. quoniam † multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur, ita dicit tex.C.ad l.Iul.de vi publ.l.quoniam.

16 Præterea si quæratur † vtrumne in decme, vel vigi ti puniatur arborem geminam cædentem, ex vnica radice vitalem habentem, nonne dicendum est in decem tantum,quia vna videtur arbor.vt ff.arbor. furt.cæsar.l.si gemina,vbi gl.vers.non extaret, sic vnum est corpus, quòd patitur,vna est voluntas agendi, ergo vna iniuria vnica pœna.

R Ideòq.

17 Ideòq. dicitur † verbis fieri iniuriam, vt cum conuicium fit, non iniurias. ff. de iniur. l. 1. §. verbis, & tamen conuicium est vocum collatio, quasi conuocium. ff. eod. dicto. l. item apud. §. conuicium. Vnde siue pluries verbum idem repetatur iniuriosum, siuè plura diuersa inferantur, dicendum est vnicum esse conuitium. Vnā iniu-
18 riam, quemadmodum † voluntatis vnius plura confici poterint testamenta. ff. de testam. l. vnum. 24. instit. eo. d. §. sed vnum, & latè dixi in auth. vt sponsal. largit. §. & hoc insuper coll 9.

19 Videmus prȩterea vnius adulterij pœna puniri adulterum, quàmuis pluries coniugatam cognouerit, vt per glo. in l. vulgaris est quæstio, vers. fur erit. ff. de furt.

Non obstant modo in contrarium adducta, & primo d. l. scire debemus, & d. §. fin. in d. l. Titia, & d. l. pluribus, quia vna tamen est stipulatio, vt ff. de verborū obligat. l. quod dicitur. Nec dictus §. infans, quia vnicū est furtum, & vnica pœna datur, vt ibi, nec dicta l. non est nouum, quia ibi plures actiones diuersis ex causis nascuntur, nec dicta l. cum, qui in princ. nàm etsi pluribus competat ius agendi pro iniuria, vna tamen est actio, ac propterea si vnus agit, & succūbat, alter agere non poterit, vt dixi supra. Nec d. l. nunquàm, quia ibi diuersæ sunt delicti species, in casu nostro vna iniuriarum tantum, vt ibi per gl. vers. ob aliud in fine, nec d. l. si vulneraueris, quia alterutra actor debet esse contentus, vt ibi, nec denique d. l. agraria, quia clarum est terminos diuersis esse in locis, & propterea diuersa vidētur delicta, quoniam diuersis temporibus, & horis perpetrantur, ni mirum si quòd mouentur termini, tot pœnæ soluuntur.

Sed

20 Sed † quem intra gradum admittuntur coniuncti ad fuorum iniuriam accufandam ? videtur ad quartum
21 vfq. admitti, vfque ad quem veniunt fuorum appellatione, vt C. de aduocat. diuerf. iuditio. l. petitionem.
22 Item † vfque ad feptimum, vfque ad quem non coguntur fui teftificari, vt ff. de teftib. l. lege Iulia. Alij dicũt fuorum appellatione eos omnes venire, qui agere poffunt fine mandato, vt Canoniftæ in cap. de cætero de teftibus. Alij patriæ confuetudinem effe attendendam, vfque ad quem fcilicet gradum in illa patria durat inter coniunctos affectio. Nos aũt adhoc allegamus tex. in terminis in l. lex Cornelia in princ. ff. de iniurijs, vbi enumerãtur multi, vfque ad fobrinos, vnde dicas accufare, & profequi fuorum iniuriam poffe omnes, vfque
23 ad fextum gradum inclufiuè, quia † fobrini funt in fexto gradu inftit. de gradib. §. fexto gradu.
24 Sed † an magiftratus iniuriam inferens teneatur? dicas, quòd fic, vt ff. de iniur. l. nec magiftratibus, nunquid aùtem pro iniuria, quàm intulerit officio durãte conueniatur, dixi in auth. vt Iud. fine quoquo fuffr. verf. examinare.
25 Modo quæro † nunquid hodie procedi poffit ex officio, vel fimpliciter ad quærelam in actione iniuriarum? dicas, quòd non nifi porrecto libello, vt eft ritus M. C. incip. Itẽ quòd actoi ũ. §. ftatuentes in ordine in nouis 311. vbi fcribẽtes nu. 7. tenẽt ita feruari per totum Regnum, quia ritus videtur loqui in fola Ciuitate Neapolis, nifi grauis effet iniuria facto illata, vel Clerici, aliæuè perfonæ miferabiles afficerentur, vt d. num. 7. & 8. & per glo. in cap. nonnulli 3. q. 1.
26 Quid † fi pars paffa porrecto libello defiftat, an Cur.

27 poterit ex officio procedere? videtur, quòd sic, quia † ius mihi quæsitum sine facto meo auferri à me non poterit. ff de pact. l. fin.

Sed per libellum videtur quæsitum ius Curiæ, ergo partis desistentia non impediet, quominus ipsa Curia agat, eo magis, quia ritum habemus M.C. in nouis 203. vbi accusatore desistente, procedi adhuc potest ex officio, nobis aùtem semper contrarium placuit obseruare,
28 tanquàm iuri, æquitatiq. magis consonum, quia † si fiscus nullum ius habet in pœnis ante sententiam, quanto minus habebit porrecto tantum libello, non ergo sic absolutè acciperem dictum Ritũ M.C. 203. vt Curia accusatore desistente procederet, sed his tantummodo in casibus in quibus ex officio procedi conceditur, ut perscribentes in dicto Ritu.

Intelligerẽ tamen prædicta si criminaliter ageretur à passo, nàm si ciuiliter pars libello porrecto extimaret iniuriam, atque deinde iureiurando, vel trãsactione remitteret, vt ff. de iniur. l. non solum, §. proinde, etsi pactum. tenerem vtique id prejuditium iurisdictionem habenti non afferre pro partibus ipsi præsentis constitu-
29 tionis vigore competentibus, † quia remissione ius agetis extinguitur, non aùtẽ vindicta publica, siue alterius interesse arg. ff. eo. d. l. 1. §. vsque adeò, facit. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. qui cœtu, §. qui vacantem, & tanto maius lite contestata.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellare potest in taxa iniuria, qui grauatur.*
2 *Iudici non facit iniuriam, qui appellat.*
3 *Iniuriam facere non dicitur, qui suo iure vtitur.*
4 *Appellatio quandoq; ob iudicis reuerentiam reicitur:*
5 *Iniuriam facit iudicio, qui semel rectè iudicata reuoluit.*
6 *Appellari cum reuerentia, debet quisque ne teneatur iniuriarum:*
7 *Appellari voce, quando possit, vel libellus sit necessarius.*
8 *Appellari intra, quæ tempora possit.*
9 *Terminus ad appellandum, quando currat:*
10 *Iniuria, quæ in volentem fit, an puniri possit:*
11 *Militis scutus perforari potest à Magistratu, quia in bello se malè gesserat.*
12 *Concedi non debet singulis, quod iure permittitur Magistratibus.*
13 *Castrans puerum, qualiter teneatur.*
14 *Pati iniuriam, quando quis potest permittere.*
15 *Membrorum suorum nemo est dominus.*
16 *Nocentior tanto est, qui se offendit, quanto innocentior in ea causa fuit, vt se offenderet.*
17 *Martir dici non potest, qui se occidit.*

Appel-



Ppellationis K remedio actori, qui in taxatione à Iudice forsitan grauatus extiterit.

K

1 Appellationis †Si multum, aut paruum signum taxando Iudex assumeret, libera erit actori, vel reo appellandi facultas. C. de appell. l. & in maioribus.

2 † Nec iudicem oportet iniuriam sibi fieri existimare, eo quòd litigator ad prouocationis auxilium conuolauit d. l. & in maioribus, quoniam † is qui publico, ne dū suo iure vtitur non dicitur iniuriæ faciendæ causa id facere, ff. de iniur. l. iniuriarum actio neque §. is qui iure,
3
4 Nō impugnat † ob Iudicis reuerentiam appellationem reici, vt C. quando prouoc. non est necesse. l. fin. quia ibi superuacuo appellatur, actor enim qui in causa obtinuerat principali, non poterat pro fructibus, aùt expensis non consequutis appellare, dum principale sententiæ capud approbauit, vt ibi.

Item non obstat. C. de Summ. Trini. l. nemo clericus,
5 vbi † iniuriam facit iuditio, qui semel iudicata, ac rectè disposita reuoluit, quia ibi quasi ius naturale est, ideò ab eo appellandi facultas denegatur, ita soluit gloss. ibi, vers. reuoluere.

6 Et èconuerso omni reuerentia appellandum est, alioquin si id cōuiciando fiat teneretur, sic indiscretè se gerens iniuriarum. ff. de appell. l. illud. 8. & condemnati

effice-

efficerentur infames.ff.de iniur.l.Iudici.
7 Sed † vtrum ne voce appellari poſſit, aùt libellus eſt neceſſarius? dicas, quòd ſiquidem lata ſententia illicò condemnatus, & antequàm ad alios diuertat actus appellet, poterit voce prouocare, tàm in Ciuilibus, quàm Criminalibus. C.de appell.l. litigatoribus, & ff. eodem dicto.l.1.in fine, quoniam quoties apud acta appelletur, toties ſatis eſt, quòd dicatur appello.ff.eodem dicto l.2.Quinimmo ſi Iudex à Tribunali ſurrexerit, adhuc ſi ibidē eſſet, & in eadem figura iuditij, vtique voce quoq. prouocari poſſet.ff.eodem dicto.l.à ſententia. Sin aùtem prædicto in tempore, id voce factum non eſſet, nedum digeſtorum iure, ad libellos appellatorios dandos biduum, vel triduum computabatur.d.l.à ſententia in fi-
8 ne, & Codicis, vt C.de appellat.l.eos, ſed † iure nouellarum decem dati ſunt dies ad appellandum, à ſententiæ recitatione numerandi, auth.hodie.C.eodem dicto, vt etiam ſeruatur de iure Canon. 2.q 6.cap.anteriorum de quo fuſius ſcripſi in auth. de appellat. & intra, quæ tempora.§. 1.coll.4.verſ.decem dierum.
9 An aùtem dicti decem dies currant à tempore ſcientię, vel ſententiæ, dic vt per gloſſ.in d.auth.hodie, verſ.à ſententiæ.
10 Sed † an quæ in volentem fit iniuria impunita remanebit? videtur, quòd ſic, quia nulla eſt, vt d. §. vſquè adeò, & d l.in diem, ſed non vtiquè impunè trāſibit per tex.C.de raptu Virg.l.pœnas, ibi ſiue volentibus, auth. de rapt.mulier.§. ſed mirati, & C. de Salgamo hoſpit. non præſt. l.vnica.lib. 12.

Neque obſtabit d.l.in diem, cum §.vſque adeò, quia nulla eſt, vt ipſe agere poſſit, ſed Curia bene aget, eſſet

nàm-

nàmque iurisdictionis actum exercere, si quis impunè iniuriam inferre posset, ob id solummodo, quòd in volentem inferret, quòd quidem priuatis nullo permittẽdum est modo. C. de iurisdict. omni. iud. l. priuatorum;
11 nàm si † possunt Magistratus scutum perforare militis; qui malè se in bello gesserat, nec tenentur iniuriarum. ff.
12 de iniur. l. quòd reipublicæ, † non tamen singulis concedendum est, quòd magistratuum iure, & publicè pot. fieri, ff. de reg. iur. l. non est singulis 137. Vis text. adhoc in terminis, audi Vlpianum dicentem. Etsi puerum
13 quis † castrauerit, & pretiosiorem fecerit, Iulianus scribit cessare aquiliam, sed iniuriarum erit agendum, ff. ad l. aquil. l. si seruus seruum. §. etsi puerum. Vides ergo volenti iniuriam fieri, & teneri iniuriãtem, quia Curia potest procedere, ideòq. quærens gloss. in d. auth. de raptis mulierib. vers. siue volentẽ. Quomodo punietur postea adulterium, in eo, quòd adultera filia voluit? respondẽs dicit, quòd patri iniuria videtur facta, & notat gloss. in
14 in d. §. etsi puerum, vel dicas, & clarius, quòd † si quidẽ quis de iure sibi prohibitum patiatur inferri, vt videlicet pars licet minima corporis scindatur, aùt vulneretur, & eo casu, quia si ipse sibimet manus inferret, quãuis detentus non perpetraret, puniretur quasi de se sententiam tulisset, vt ff. de bon. eor. l. fin. §. sic autem hoc, quanto maius id alteri permittere denegãdum est cui-
15 que? cum † nemo dominus membrorum suorum reperiatur. ff. ad l. aquil. l. liber homo suo nomine, in princ.
16 † tantoq. sit nocentior, qui se ipsum offendit, quanto innocentior in ea causa fuit, ob quam se offendẽdum putauit, 23. q. 5. cap. si non licet, in princ. Cur enim homo, qui mali nihil fecit, sibi malè faciet? quid nàmq. man-
dat

dat præceptum illud Ecclefiæ non occides ? nihil addito,nifi vt nullus,nec ipfe vtique cui præcipitur, intelli-
17 tur exceptus, atque ideò † dici martir non poffet, qui fui ipfius collum ad mortem ligauit.23. quæft.5. cap.tu dixifti. At quando quis id fibi inferri patiatur, quòd prohibitum non reperitur,vt funt pugni, alapæ, aliaue id genus.per quæ corpus non frangitur, neque deftruitur ceffat regula dictæ l.liber homo, & ideò nec puniri, nec accufari poffet pro maleficio, quia nulla eft iniuria, quæ in volentem fit, vt d. §. vfque adeo, & d.l.in diem pofito,quod dolo non fiat. C.ad l.Corn.de Sycar.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex iniuriam taxans, an etiam bona ne dum inferentis qualitas confideret.*

2 *Actio inanis eft quam inopia debitoris excludit.*

3 *Pretia rerum non ex affectione conftituuntur,*

4 *Res tanti valet,quanti vendi poteft.*

5 *Emptorem non inueniri,& iuftum pretium non offerentem inueniri idem eft.*

6 *Iudex bona taxans,quæ attendere debet.*

7 *Rerum pretia qualiter confideret author.*


8 *Es alienum in hæreditatenon computatur:*

9 *Creditum inquifiti, an veniat dum taxatur iniuria confiderandum.*

10 *Naturale debitum,an taxando iudex attendat.*

S *Credi-*

11 *Creditorum appellatione, qui veniant.*
12 *Homo tenetur ad antidora benefacienti.*
13 *Obligatio naturalis, vnde descendat.*
14 *Actio aduersus ingratos Athenis constituta erat.*
15 *Debitor propria quis dicatur.*
16 *Exigere quid sit.*
17 *Actio aduersus naturaliter obligatum non datur.*
18 *Debitor abusiuè quis dicatur.*



T à reo qui in quantitate taxationis / sententiæ cōpræhensa se senserit fore grauatum.

L Taxationis Esset fortè pauper, & taxatio
1 tàmquàm cum diuite facta esset, sed † an in taxando rei bona ne dùm qualitas considerentur? diceremus quod sic, nàm frustra iuraret actor, & taxaret Iudex, quod reus
2 soluere non valeret, cum † inanis sit actio, quàm inopia debitoris excludit, cōsiderari autem debent reorum bo-
3 na, non pro eo, quòd duo, vel tres darent, quia † rerum pretia non ex singulorum affectione constituuntur. ff. ad ad l. aquil. l. pretia, sed secundum rei veritatem sunt extimanda. ff. eodem dicto l. in lege, & attento eo, quòd
4 communiter iudicatur, nec impugnat † rem tanti valere, quanti vendi possit. ff. eodem dicto, l. si seruum meū,

quo-

5 quoniam † emptorem non inueniri, & iustum pretium
non offerentem inueniri idem est, ita dicit gloss. ff. de re
iudic. l. à diuo Pio. §. si pignora, vers. non inueniant, arg.
6 ff. de leg. 3. l. non dubium. §. fin. † Duo igitur attendat
Iudex dum iniuriam taxat, bonaq. rei conuenti consi-
derat, vt tum, & primo ex rei qualitate, tum etiam, & se-
7 cundo ex reddituum quantitate illa extimet, † sic enim
rerum pretia consideramus, vt C. de rescind. vendit. l. si
quos, reddituum præsentium intelligas, non præterito-
rum, vt ff. de iure fisci. l. 3. §. Diui fratres. C. de rescind.
vendit. l. si voluntatem in fine, ibi, tempore venditionis,
& l. ad rescindendam, & facit. ff. de reb. eorum. l. si fun-
dus. ibi, Fructuum. Veruntamen bona ipsa ære prius a-
8 lieno deducto considerẽtur, † illud nàmque in hæredi-
tate, seu patrimonio non attenditur, sed deducitur. ff. de
verborum signif. l. subsignatum, §. bona. 39 ff. ad l. fal-
cid. l. 1 §. vlt. & C. eod. dicto. l. in imponenda.
9 An aùtem † quæ iniuriarũ conuento debentur sum-
mæ in ea taxanda considerẽtur? dicas quod sic, quia ip-
sius in bonis sunt. ff. eod. dicto. l. qui fundũ. §. si quis hæ-
10 redem. 86. & C. eod. l. irritum. Et † an etiam, quòd ei
natura debetur? Dicas videri prima facie, quòd sic, nã
11 † creditorum appellatione non ij tantum veniunt, qui
pecuniam crediderint, sed omnes quibus qualibet ex
causa debetur. ff. de verborum significatione. l. credito-
12 res. & l. seq. † tenetur nàmque quilibet ad anthidora ei,
qui eum naturaliter obligauit. ff. de petit. hæredit. l. sed
13 etsi lege, §. consuluit, cum † talis naturalis obligatio ex
puris, & meris cuiusque animi motibus descendat, ob
14 quod Athenis aduersus ingratos † actionem constitutã
esse testatur Valerius Max. de Ignarat. lib. 5. cap. 3. dãdi

(inquiens)& accipiēdi beneficij commercium, sine quo vix vita hominum extaret, eum perdere, & tollere, qui benemerito parem referre gratiam negligit.

Contrarium tamen est verius, nàm ex quo natura vnus debeat, non per hoc alius creditoris loco dici poterit d.l.creditores in fin.& ff.de verb.signific.l.si cui in fi.
15 12.Quia † debitor is intelligitur à quo inuito exigi pot.
16 ff.eodem dicto. l. debitor. 108. † Exigere enim propriè est ab inuito extorquere.ff de leg.3. l.fideicommissa.§.si rem suam.vers.cum tamen quidam, vbi gloss.vers. exe-
27 gerat.& ff.quæ in fraud.credit.l.pupillus. †Sed sic est, quod in eū qui natura debet actio nō datur, prout nec citatio conceditur, vt per gloss.in d.l.creditores, vers. natura, sequitur ergo cum debitoris loco non sit, qui natura debet, atque ob id neque conueniri possit, & per consequens eum cui debetur creditorem non esse, absque du-
18 bio, tale naturaliter debitū nō attendi. Tametsi † abusiuè alius debitor, alius creditor dici possit, & debitum, quod naturaliter debetur vocari, vt dicit tex. in Pādect. Titulo de fideiussoribus.l. fideiussor obligari, § fideiuss. accipi, & facit.ff.de solut.l si is cui, §.Flauius Ianuarius.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur de minori ad maiorem.*
2 *Appellari de Episcopi Officiale ad Episcopū, etiam de consuetudine non potest.*
3 *Appellatio de minori ad æqualem, vel maiori ad minorem,*

rem, quid operetur.

4 *Appellari quoties licebit.*

5 *Baronis tres sententiæ, quare pro vnica reputentur.*

6 *Appellatio ad quid inuenta.*

7 *Procurator vt iniuriarum agat, quam debet habere authoritatem.*

8 *Procurator pacem facere non potest, etiam si esset cum libera.*

9 *Mandatum speciale, quando requiratur.*

10 *Pactum, quod si in domo inuenias possit cadere, an valeat.*

11 *Pacta sunt seruanda.*

12 *Lex oritur ex conuentione.*

13 *Concedi singulis non debet, quod solis permittitur magistratibus.*

14 *Stipulatio rei turpis ipso iure est nulla.*

15 *Thomas Cauaretta maximæ expectationis vir est.*



Diffinitiua sententia ad superiores iudices non denegando.

M Superiores † Appellatur enim de minori ad maiorem. ff. de minor. l. minor autem,

2 ideóq. † consuetudo nō valet, quod de officiali Episcopi

ſcopi ad Epiſcopum ipſum appelletur de conſuetud.in 6.cap.2.& 2.quæſt.6.cap.placuit, & d. cap. anteriorum in fine, vbi glo.verſ.ita tamen.

3 Quid † ſi per errorem de maiori ad minorem appelletur? dicas errorem nocere, quia (vt inquit Vlpianus) ſi quis ad parem, vel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio, in ea cauſa eſt, vt error ei non noceat, ſed ſi ad minorem nocebit. ff. de appellat. l. 3. §. ſi quis in appellatione in fine.

4 Sed † quoties licebit appellare? dicas licere bis, non ter, vt C. ne liceat in vna eadem ca. l. vnica, quod quidem in eodem articulo, & inter eaſdem perſonas, intel-
5 ligas, Vnde † etſi in Regno Barones multi primas habeãt, ſecundas, & tertias cauſas, & cognita cauſa à tribus ad Magnam Curiam per appellationis remedium inducatur. Nihilominus, quia vnius eſt domini iuriſdi-
6 ctio, tres illæ ſententiæ pro vnica habentur. † Fuit enim inuenta appellatio, vt iudicantium iniquitas in partis præiuditium non remaneret. ff. de appellat. l. 1. in princ. ideòque in omni cauſa appellari conceditur. vt in Con ſtitutionis tex. & C. eod. d. l. 1. & l. & in maioribus.

7 Sed † quam habere debeat authoritatem procurator, vt agat ex hac Conſtit. iniuriarum, vel grauatus appellet, nunquid ſpeciale ad id mandandum requiratur? dicas eũ eſſe ſufficere, cui rerũ omniũ adminiſtratio mã data ſit. d. l. ſed ſi vnius. §. procuratorẽ, cũ is verus dicatur procurator. ff de ſol. l. verò, facit de procur. l. generater. li. 6. & ff iud. ſolui. l. 3. ff. ſtipulationẽ, & ff. de procur.
8 curat. l. qui proprio. §. fin. † Pacem tamen facere cum offenſore, quamuis cum libera eſſet, procuratorem non poſſe putamus, cum in mandato cum libera nuſquàm

ea

ea venire cognouimus, quæ verisimiliter haud concesſiſſet conſtituens, vt eſt liquidi debiti remiſſio, quæ do-
9 nationi æquiparatur. † Quibus verò in caſibus ſpeciale mandatum requiratur alibi latè diximus, vt cum tẽpore diuina fauente Clementia videbis.

10 Quid ſi quis pactum faciat, quòd† ſi eum in domo, agroue tuo inuenies liceat tibi pulſare, & cædere, an inuentus, & pulſatus, ceſuſque agat iniuriarum? videtur
11 quod non, tum quia † pacta ſeruanda ſunt. ff. de pact. l. 1.
12 Et † ex conuentione lex oritur. ff. de reg. iur. l. contractus 24. & ff. depoſiti. l. 1 §. ſi conueniat, tùm etiam quia in volentem id factum eſt, fuitque tale per quod corpus, neque fractum fuit, neque deſtructum.

Contrarium tamen eſt verius, quia etſi pacti tempore patiendi voluntas præſumatur paſſionis, tamen voluntatem abfuiſſe, qui ſanus eſt mente iudicabit, ni-
13 mirum ſi agere poterit, † ſingulis enim non conceditur, quòd ſolis permittitur magiſtratib. dicta l. non eſt ſingulis, 137. Nec prætereà in vim pacti ſubſtinebitur
14 ipſa conuentio, quia † rei turpis ſtipulatio ipſo iure eſt nulla. ff. de verbor. obligat. l. generaliter. 26. vbi latè glo. verſ. turpes. Conſequens ergo erit affectum taliter ad iniuriarũ actionẽ admitti pacto, quòd antea fecerat non obſtante, atque ita ſemel in Brutijs iudicatum fuiſſe de auditu retulit meritiſſimus in his Aprutinis Prouintijs,
15 maximęq. expectationis Auditor † Thomas Cauarretta, quem ob ſua merita, & virtutes quantum diligimus ſcit Deus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sanctio propriè quid sit.*
2 *Sanctionis appellatione, quæ veniant:*
3 *Verbum, noster, quid denotet.*
4 *Nostrum quòd est sine facto nostro a nobis discedere non potest.*
5 *Venditio rei meæ per procuratorem sine mandato facta, donec ratum habeam dominium non transfert.*
6 *Appellatione nostri, quandoq; quod quasi nostrum est venit.*
7 *Verbum nostrum iurisdictionalem, quandoq; subiectionem significat:*
8 *Nostra ea facimus quibus nostram impartimur authoritatem.*
9 *Prouintia, quæ dicatur.*
10 *Corrigi dicitur, quod suppletur, & emendatur.*
11 *Consilio nouo indigent, quæ de nouo emergunt.*
12 *Fiscus quid sit.*
13 *Fiscus in hac Constitutione, qualiter capiatur.*
14 *Fiscus vnde trahit originem.*
15 *Fiscus a re priuatá Cæsaris differt.*

Illud



Illud etiam nostræ prouidentissimæ Sactioni n duximus inserendum, quod in quibusdam Regni nostri o Prouintiis p correctione q etiam necessaria indigebat, quod passus iniuriã nullam omnino partem compositionis habebat, sed totum Fisco nostro, r vel ei cuius erat Curia quærebatur.

N Sanctioni Propriè † Sanctio dicitur Constitutio vbi pœna adiecta est. ff. de pen. l. Sanctio legum, gloss. dist. 3. in Summa, vers. omnes in fine, † improprie autem plures cõstitutionum voces complectitur, vt Dogma, mandatum, & interdictum, de quibus habes. 25. quæst. 2. cap. si quis dogma, & in d. vers. omnes per totum, quod autem modis capiatur Sanctio, vide in gloss. notab. in Pandectarum Procemio, in princ. vers. Sanctionem.

1

2

O Regni nostri Neapolis intelligas, cũ inter eiusdem Regni Constitutiones reperiatur ista, quod quidem Regnum Frederici ipsius absolutè, & in totum, tunc temporis fuisse ex verbo illo nostri cognoscimus, arg. C. de quadrie. præscript. l. benè

3 à Zenone in princ. & fine, † pronomen enim est rei to-

T tius

tius possessionem, significans, si propriè intelligatur, inde dicimus,
4 † quòd nostrum est (in totum intelligas,) sine facto nostro à nobis discedere non posse. ff. de regu.
5 iu. l. id, quod nostrum, atque ideò si procurator meus ad negocia me ignorante, meam rem vendat, donec mandauerim, ratumq. habuerim illius dominium non ammisi. C mandati. l. cum mandati, & ff. de pact. l. fin. Ta-
6 metsi † nostri appellatione, id etiam quandoq. veniat, sed impropriè, quòd est quasi nostrum. ff. de actio. & oblig. l. actionum genera in princ. vbi gloss. vers. rem nostram. Item id, quod pluribus, vt vniuersis commune
7 est. ff. de iust. & iu. l. ius Ciuile. Item quandoq. † verbũ nostrum subiectionem iurisdictionalem significat. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. ibi cum nostram Vrbem, quandoq. quid à nobis factum facit, quod ab alio, nostra tamen
8 authoritate factum decernitur, cum † nostra ea omnia faciamus, quibus nostram impartimur authoritatem de præben. in 6. cap. si Apostolicæ, ibi, certum est, & C. de vet. iu. enucl. l. 1. §. omnia enim.

P

Prouintijs Est † Prouintia, quæ decem habet,
9 vel vndecim Ciuitates vnum Metropolitanum vnumq. Regem, 6. quæst. 3. cap. scitote, atq. sub vno constituitur Præside. ff. de offic. assess. l. si eadem.

Q

Correctione Corrigi † dicitur, quod suppletur,
10 & emendatur, auth. de non eligen. in princ. auth. de non alien. §. hæc ergo nos, & auth. de nupt. § hãc itaque legem, nec mirum si Fredericus hic, & iure, quod vsque hodie in Regno obseruabatur, corrigere non indignatur, si tot in locis fecerat Iustinianus,
11 dici enim solet, † quæ de nouo emergunt nouo indigẽt auxilio. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. ex causa, & notat

tat gloss. de rescript. cap. suscitatus. vers. infamem, & de loc. & conduc. cap. propter, in gloss. vers. non imminebat in fine.

R 12 Fisco nostro †Fiscus, etsi textum sit in quod oliuæ tritæ innituntur, vt in torculari oleum cum amurca exsudet teste Columella lib. 12. Vnde Vlpianus, Fiscus (inquit) quibus ad præmenda olea vtimur, vt ff locati. l. sed addes. §. Fiscos. & Plin. lib.

13 15. Fiscinas olearçeas spongia tergendas. †Hoc tamen in loco sumitur pro Sacco Regis, in quem bona dandatorum recluduntur,

14 † qui quidem ab indeuotione traxit originem, nàm quia discessit deuotio, accessit indictio Fisci, noluimus partiri cum Deo decimas, modo aùtem totum tollitur, & tollit Fiscus, quod non accipit Christus 16. quæst. 7. cap. maiores ex Diuo August. Ho-

15 miliar. lib. 50. Homil. 48. † Ideoque dicitur Fiscum à Re priuata Cæsaris differre, vt C. de quadr. præscript. l. benè à Zenone, & fusius diximus in auth. de hæred. & falcid. vers. Reipublicæ.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriæ extimatio cui Romanorum iure applicabatur.*

2 *Passus iniuriam an partem in taxa habeat.*

3 *Prouentuum nomen generalissimum est.*

4 *Solutio taxæ cui prius facienda sit passo, an domino iurisdictionis.*

5 *Vendens rem communem regulariter consotio non præiudicat.*

iudicat.

6 *Fiscus pro debito vnius vendit rem communem ex priuilegio.*

7 *Comune, quod est vnius est, quoad totum fauore fisci.*

8 *Exequutio fauorabilior fit pro fisco.*

9 *Passus qui exegerat partem pro sua iniuria tuetur aduersus fiscum exceptione.*

10 *Iniuria taxa qualiter duobus dominis iurisdictionis inaequaliter existentibus diuidatur.*

11 *Partes non attenduntur in indiuiduis.*

12 *Possessio omnibus damna est, qui de damno infecto sibi velint prospicere, nemine cauente.*

13 *Filij patroni inaequaliter instituti, aequaliter operarum actionem habebunt.*

14 *Seruus comunis, qualiter singulorum sit.*

15 *Damnum, quod pluribus datum est, qualiter datum intelligatur.*

16 *Petens iniuriantem ad veniam petendam condemnari, an criminale iudicium prosequi dicatur, vel ciuile.*

17 *Condemnatus petere veniam dicitur penaliter satisfacere.*

18 *Verbum habere quando maioris sit potentia.*

19 *Confessus recepisse, quando poterit non numeratae pecuniae exceptionem opponere.*

20 *Habere qua dicar.*

21 *Habere penes me id dicor, quod iam recepi.*

Possi-

22 *Poſſidere melius eſt, quàm petere.*
23 *Rem habere plus eſt, quàm actionem.*
24 *Sententiæ euentus incertus, magnaque iudiciorum eſt mora:*
25 *Lites paruis non peraguntur ſumptibus.*



Vod corrigentes decernimus iniuriam paſsum, vbique per Regnum, eius, quod in condemnatione deuenerit, ſiue per Sacramentum, ſiue per taxationem iudicis, ſiue per pœnas certas legibus compræhenſas tertiam partem ſomninò habere debere.

S Tertiam † Romanorum iure tota cōdemnatio,
1 quæ pro iniuria Ciuiliter taxabatur actoris erat, eique concedebatur, vt dicit gloſſ. inſtit. de iniur §. in Summa, verſ. pœna, vel ad minus medietas,
2 arg. ff. ad Syll. L. lege in fine. † Hodie autem huius Conſtitutionis vigore, tertia pars paſſo datur in eius doloris compenſationem, reliquæ duæ domino iuriſdictionis, in qua fit iniuria applicantur, ad quem prouentus
3 ſpectant, † cuius nomen Generaliſſimum eſſe probauimus in auth. vt Eccl. Roma. cent. ann. verſ. iura Eccleſiaſti-

siastica, & quoscunque fructus, reditus, & obuentiones includere.

4 Sed † cui prius sit solutio facienda passo, an domino iurisdictionis? videtur passo, arg. ff de iure fisci. l. non puto, sed dicas fisco, vt de iure Fisci l. Senatus. §. Senatus, vbi condemnatio, quæ Fisco, & delatori applicatur Fisco soluitur, qui postea priuato satisfacit, hinc videmus,
5 quòd † etsi regulariter rem communem vendens consorti non præiudicat. C. de commu. re. alien. l. 1. in Fisco
6 tamen est spetiale, quia † ratione partis totum vendere potest, eique integrum solui debet pretium, licet consortio partem redat. C. de vendit. rei fisc. lib. 12. l. vnica, &
7 ibi gloss. vers. redigatur. Vides ergo † in solius fisci commodum, quòd commune est vnius esse, etiam quoad dispositionem super toto, C. de com. re. alien. l. 2. & d. l. v-
8 nica, decisionis ea posset afferri ratio, quia † pro fisco fauorabilior fiet exequutio. C. de conuen. fisc. debi. l. si qui lib. 10. Hodiernis aùtem temporibus, cum difficile sit, & valde à fisco pecuniam arripere, in casu nostræ Constitutionis consulerem, vt si quidem partem suam passus
9 posset exigere, diligenter faceret, quia † fiscus impedire non posset. ff. de iure fisci l. res. §. sed si ante, etsi pro passi parte agere vellet, exceptione submoueretur, ff. de pact. l. si cum emptore in fine, facit. ff. de doli mal. & met. exc. l. apud Celsum. § mandaui Titio.

10 Sed † pone, quòd duo sint domini iurisdictionis inæqualiter, nunquid duę istæ partes sint pro rata dominij diuidendæ, videtur, quod non, quia iurisdictio est indi-
11 uisibilis, & † partes non attenduntur in indiuiduis. ff. de dam. infec. l. si finita, §. cum aùtem plures mittuntur, ait
12 enim Pomponius hæc verba, † Si plures domini sint ædium,

ædium, qui dãni infecti sibi prospicere volunt, nec quisquã damni infecti caueat, mittendi sunt omnes in possessionem, & quidem æqualibus partibus, quàmuis diuersas dominij habuerint. ff. eod. dicto. l. ex damni. § fi.
13 quemadmodum † si liberi patroni pro inæqualibus essent partibus instituti, non pro hæreditarijs operarum actionem habebunt, sed pro æqualibus. ff. de operis libert. l. vt iurisiurandi in fine. Videmus præterea, ser-
14 uum communem, sic omnium esse, non quasi singulorum totus, sed pro partibus vtique indiuisis, vt intellectu magis partes habeant, quàm corpore, sic quoque dicendum est in iurisdictione. ff. de stipulat. seruor. l. seruus communis.

Contrariam tamen sententiam veriorem puto, & sic pro rata dominij dominis duas illas partes acquiri, videlicet, fit iniuriæ condemnatio in nonaginta, triginta applicantur passo, si duo erint domini iurisdictionis, & vnus partem vnam, alius duas habeat, absq; dubio vni viginti, alteri quadraginta competent. arg. ff. de stipul. seruorum. l. proinde. & C. de commun. ser. manum. l. 1. §. sed ne circa peculium.

Contraria non obstant, & primo non obstat d. §. cum autem plures, & §. fi. quia ibi missio est loco cautionis, & ex cautione rata tantum portionis resultat, cum ex
15 ea quilibet agat pro rata damni; † quod enim pluribus datum est damnum, etsi vnicuique insolidum datum videatur, in partem tamen re vera datum est, ideòq. cuique pro parte sua actio competeret, non vltra, vt ff. de damno infec. l. & damni, §. quoties, nec obstaret d. l. vt iurisiurandi in fine, quia etsi operæ diuidi non possint, summæ tamen, siuè fructus sic, nec denique dicta l. ser-

uus

uius communis, quia etsi intellectu magis, quàm corpore partes habeant, tamen ibid. in tex. sequitur, & ideò si quid stipulatur, vel quaqua alia ratione acquirit, omnibus pro parte qua dominium in eo habent acquirit.

19 Sed † nunquid petens iniuriãtem condemnari, quod petat veniam passo, vel quòd declaret se mentijsse, dicatur criminale prosequi iuditium, vel Ciuile? & licet videatur ciuile, quia nihil fisco applicatur, sed parti, apud me tamẽ semper ea obtinuit opinio, quòd sit mere cri-
17 minale, quia satisfactio talis pœna esset. ff. de verbor. signif. l. aliud. 131. & l. si qua pœna. 244. & ex delicto descendit, nec impugnat fisco nihil dari, quia dum pœna mortis irrogatur, nihil fisco acquiritur, & tamen Criminale iuditium irrogatur.

T
18 Habere † Minus est in hoc verbo dum profertur simpliciter, quàm si dictioni pœnes adiungeretur, maioris nàmque tunc esset potentiæ, & authoritatis quantumcunque verbis alijs fortiorẽ red-
19 di præsumeretur. Si.n. dico, † confiteor me habuisse, recepisse, apudque me habere centum mutuo à Titio, adhuc non numeratæ pecuniæ potero exceptionem oppo-
20 nere, quoniam † habere etiam ea dicor, aduersus. quæ actionem habeo. C. de dot. promiss. l. si voluntate. ff. de verbor. signif. l. id apud. 143. nàm (vt ibi Vlpianus ait) habetur, quod peti potest. Idq. est, quòd Paulus scripserat in Pandectis (inquiens) qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, ff. de reg. iur. l. qui actionem. 15. facit. ff. de verborum significatione. l. habere. 188. & ff. de verbor. obligatione. l. stipulatio ista. 38. §. hæc quoque in fine. Vnde Modestinus, rem (dixit) in bonis nostris habere intelligimus, quoties pos-

siden-

fidentes exceptionem, aut ammittentes, ad recuperandam eam actionem habemus. ff. de acquir. rer. dom in. l. rem in bonis, atque ideò si rem meam aduersus possidentem reiuendicationem habeam, rem ipsam habere videor. cum fructus non solum naturales vendicem, vt ff de vsur. l. fructus 45. Sed etiam industriales, si est malæ fidei possessor. instit. de rer. diuis. §. si quis à non domino, & sic omnia proinde habeo, ac si possiderē. Sed si dixero habuisse confiteor, & recepisse centum, quæ pœnes me habeo, tunc pecuniæ non numeratæ exceptionē
21 opponere nō potero, † cum id pœnes me habere dicar, quod iam recepi, idque grauiter longè ante nos his verbis (à quo didicimus) cōceperat Vlpianus. Pœnes te amplius est, quàm apud te, nàm apud te est, quòd qualiter, qualiter à te teneatur, pœnes te est, quod quodammodo possidetur. ff. de verbor. signif. l. pœnes te. 63. de quo per Vallam, etiam habes elegant. lib. 6. cap. 54. Quidquid
22 ex his inferri possit, Nos tamen † melius esse possidere, quàm petere cum Caio existimamus, vt ff. de rei vendi-
23 cat. l. si is qui destinauit, quia actionem habere minus est, quam rem ipsam. ff. de reg. iur. l. minus 205. nàm etsi quoad iuris intellectum pertineat, actionem habens rē ipsam habere videatur, vt supra dixi, quoad effectum
24 tamen, contrarium sæpè sortitur, sententiæ enim euentus incertus, magnaq. iudiciorū est mora. ff. vt legat. vel
25 fideicomm. nom. cau. l. etiam in princ. † Neque paruis sumptibus lites peraguntur. ff. de pecul. l. quod debetur, Vtinam hæc tot per annos non tangerem. Thoma enim Patre meo viro Milite, ac virtutum omnium ornatissimo, tres post meę ętatis annos obeunte, non paucis fortunæ bonis relictis, dum vix cum fratribus, ac sorore

Lucretia mihi semper Carissima puerorũ loquela vteremur, etsi clara essent nostra iura, debitorum aliqui tãtis victi sudoribus persoluerunt, sed qualiter, scit Deus, alij, & quàm multi lite adhuc sub iudice meam propter absentiam dormiunt.

SVMMARIVM.

1 *Barones non habent Fiscum.*

2 *Verbum relinquere de sui natura ad vltimas pertinet voluntates.*

3 *Relinquere verbum largè sumptum, secundum subiectam interpetratur materiam.*

4 *Verba secundum subiectam materiam intelliguntur.*


5 *Relinquere est superioris arbitrio relaxare.*

6 *Relinquere idem est, quod eicere.*

7 *Relinquere tacitè est obligare.*

8 *Verbum relinquere trahitur, etiam inter viuos.*

9 *Relinquere, & relaxare, idem in effectu sonant.*



Eliquis duabus partibus domino facientis iniuriam cuius est iurisdictio a relinquendis. x

Iurisdi-

V Iurisdictio Non dixit Fisco eius, cuius est iurisdictio, quia † Barones non habēt fiscū propriè loquendo, quamuis omnimoda vtantur potestate in eorum terris, ac ipse Rex, sed Aerarium habent.

X Relinquendis Ex Leone, & Anthemio Imperatoribus, in C.de secund.nupt.l.

2 hac ædictali in princ. † Verbum istud relinquere ad vltimas voluntates pertinere percipitur, ibi siuè legati, siuè fideicommissi titulo plus relinquere, quod & antea Constant. August. ad Populum sic scribens comprobauerat. Habeat vnusquisque licentiam Sanctissimo, Catholico, venerabiliq. Concilio decedens bonorum, quod optauerit relinquere, vt C. de Sacrosanct. Eccl. l. 1. Et ante hos Vlpianus in l.cum ij.§. hæc Oratio ff.de transactionibus, Celsus in l. si cui in princ. vbi Accurs. vers. relinquatur. ff.de seruitutib. Papinianus in l. milites enim ea ff. de milit. testam. Florentinus in l. Diuus Traianus in fine eodem dicto, alijque quàm multi verbum relinquere ad vltimas volūtates spectare demonstrarunt, vnde Vlpianus idem, vt de Tabulis exhibendis interdictum ostenderet ad viuos non pertinere, sic in Pandectis alloquutus legitur. Hoc interdictum ad viui tabulas non pertinet, quia verba Prætoris reliquisse fecerunt mentionem, vt ff.de tabul.exhib.l. 1. in fine. Cur ergo Constitutio ista in qua de viuentium actibus pertractatur, isto vtatur verbo relinquere? Respōdeo verbum istud in sui proprio significatu captum ad morientes dirigi, & sic Anthemij, Leonis, aliorumque Imperatorum loquutio obtinebit, † largè autem secundum

3

4 subiectam materiam intelligitur † ad quam verba sunt

adaptanda.ff.de damno infec. l.damni infecti, in princ. ff.de vsur.l.si stipulatus,eoq. in casu diuersos habere intellectus,variasq. interpetrationes recipere dictum ver
5 bum relinquere ex his attendas. Quandoq. enim relinquere est superioris arbitrio relaxare, vt de præbend.
6 cap graue. §. Metropolitani. Quandoq. † pro reicere, vt vxorem reliquit,de condit.appos.cap. 1. & de despōsat.impub. cap. duo pueri in princ.
7 † Quandoq. tacitè est obligare, vt hæredem obligatum relinquere, instit.
8 de fideiuss. § fideiussor non tantum. † Quandoq. trahitur etiam ad dispositionem inter viuos, veluti si rei particulari iungatur,de quib.in rub.ff.solu.matrim. per dd.
9 Quandoq. est denique † pro relaxare,vt ad alterum spectantem partem non tangere,prout in hac Constitutione sumitur cum qua concordat,ff.ad l.falcid. l. in ratione 11.per totam.

SVMMARIVM.

1 *Fœminis filios adoptare non conceditur.*
2 *Filios nec naturales tantum fœmina habent in potestate.*
3 *Fœminæ quando adoptare possint.*
4 *Princeps Augustum Priuilegium exercere non debet;*
5 *Vtilitas publica priuata præfertur.*
6 *Iniuriæ taxa cui olim applicabatur,& qualiter hodie.*
7 *Passus cui reus pro parte ad ipsum spectante erat condemnatus in centum, illum inueniens fugientem, an possit*

possit capere.

8 *Bona debitoris fugitiui capiuntur de facto.*

9 *Debitorem fugitiuum propria capiens authoritate cadit à iure suo.*

10 *Birruario Fiscalia exequenti sine literis resisti potest.*

11 *Iudæo non potest exequi sine literis.*

12 *Furem ad Præfectum ducentem rei persequendæ viam elegisse præsumitur.*

13 *Specialiter prouisa in consequentiam non trahuntur.*

14 *Iudicium in propria causa ferre non conuenit.*

15 *Creditor quo casu possit iure fugitiuũ debitorem capere.*

16 *Melius est cum tempore occurrere, quàm post exitum vindicare.*

17 *Creditori consulitur intacta eius iura seruari, potius quàm postea remedia quærere.*

18 *Sequestrum in bonis fugitiui debitoris, an facilè concedi possit.*

19 *Exequutio non debet esse litis Principium.*

20 *Iudicis arbitrio stat an sequestrum fiat.*

21 *Sequestrum, quod fit cum iniuria est supersedendum.*

22 *Suspecta de fuga persona, quæ dicatur.*

23 *Captura fugitiui debitoris ex quibus concedi possit.*

24 *Conceditur ne res pereat, quod aliter denegaretur.*

25 *Necessitas multa operatur, quæ aliter prohibentur.*

26 *Necessitas non habet legem.*



Ndignum namque fore credimus passum iniuriam in recompẽsationem doloris, nullam sibi partem cõpositionis accipere, quæ per eũ alijs est quæsita, sed tantum illatis iniurijs, aut conuitijs esse contentum.

Doloris Sæpius enim in doloris compensationẽ aliquid permittit lex. Hinc videmus † fœminas regulariter filios adoptare non posse, etsi ipsa ab alijs possit inst. de adopt. §. fœminæ. ff. eo. dicto. l. nā,
2 & fœminæ, cum † nec naturales tantum filios habeat in potestate. ff. de suis, & legitim. hæredib. l. nulla fæmina, instit. de hæred. qualit. & diff. §. cæteri. ff. de bonor. poss.
3 contra tabul. l. illud. §. ad testa mẽta, Et † tamen ex Principis Indulgentia ad filiorum in acie ammissorum solatium, & sic in doloris compensationem adoptare poterit. d. §. fœminæ, & C. de adopt. l. mulierem. Vides ergo
4 ex his amice lector, qualiter † Princeps Augustum Priuilegium non exercet, sed quòd communiter omnibus
5 prodesse potest, propriæ præfert vtilitati, sic, & alibi, vt C de caducis toll. l. fi. C. de iuram. calum. l. 2. §. sed quia veremur, de Postulat. Prælat. cap. bonæ memoriæ, de re-
6 gular. c. licet. §. illa semper. 7. quæst. 1. cap sciàs. † Olim enim tota condemnatio fisco applicabatur, hodie verò

ab eo aufertur tertia, & in comunem eorum, qui iniuriã patiuntur vtilitatem conuertitur, vt sic, quæ multis prosunt, qui iniuriam patiuntur ijs, quæ paucioribus iurisdictionum dominis præferantur, auth. de restitut. §. ea, enim quæ comuniter auth. de non alien. §. quia vero.

7 Sed † pone Caium seruatis seruandis Titio iniuriã passo reperiri condemnatum in centum, & ob id carceratum, an aufugiens è carcere, & debitori occurrẽs, possit ab eo capi? Videtur, quod non, quia etsi debitor factus sit in centum per sententiam, nihilominus capi nõ

8 poterit, nàm † textus in l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. dicit solummodo posse capi pecuniam, quàm fugiens debitor secum portat, non personam. Vnde in l. quęsitum. ff. de pignor. Pignoris (dicitur) persequutionem competere, etiam ante diem, quoties debitor sit suspectus, & est speciale in pensione, adeò

9 quod si quis propria authoritate de persona debitorem caperet, a suo iure caderet. ff. de eo, quod met. ca. l. ex-

10 tat. Et † si Fisci fuerit nuncius, qui sine iudicis mandato, aùt literis Fisci vellet exequi, poterit ei de facto resisti. C. de iure Fisci l. prohibitum. lib. 10. & facit, C. vi bo-

11 nor. raptor. l. res obligatas, † quod quidem nedum in Christiano obseruatur, sed etiam cum Iudæis, vt C. de

12 iudic. l. nullus. Nec impugnat † deducentem furem ad Præfectum Vigil. vel ad Præsidem, eam eligisse viam, qua rem persequeretur existimari, vt ff. de furt. l. interdũ

13 fur. §. qui furẽ, specialiter enim in fure loquitur, † atq; ob id in cõsequentiã trahi non debet, vt notat apostilla ad dictum §. qui furem, esset enim quasi seipsum iudicẽ

14 facere, & in causa propria, † quod non conuenit. ff. de iniur. l. lex Cornelia, & C. ne quis in sua ca. l. vnica.

Nos

Nos autem quandoque ea in re consulti breuiter, & 15 more solito expediti diximus, † Posse creditorem, si periculum sit in mora, & iudicis copia haberi facilè non possit, ne propriū ius periret debitoris bona, seu illum fugientem capere, propriaque authoritate retinere, non tamen vt ea illumue verè retineat, nisi ad momentum, vt ad iudicem asportaret per tex. C. de decurio. l. gene-
16 rali lib. 10. & ibi glo. vers. resultantem, † melius enim est in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare.
17 C. quando liceat vnicuique l. 1. Et † melius pro creditore intacta eius iura seruari, quàm post vulneratā causam remedium quærere. C. in quib. ca. in integr. restit. l. fin. in fin. Alioquin si iudicis copia facilè haberi posset, & fugæ periculum non immineret, nemini debitorem, etsi fugientem, aut illius bona capere sine iudicis iussu concederetur, nec animo ad iudicē asportandi, etsi contra fiat obtineret præcitata. l. extat, & sic intelligantur contraria de quo per gloss. ff. quæ in fraud. credit. l. ait prætor. §. si debitorem vers. locum fore.

Ex his ergo duo non ab re videnda duximus. Primum an iudex cui creditor de fuga suspecti debitoris bona sequestrari petat, possit de facilè sequestrum concedere. Alterum an illico ad personam capiendam possit expedire mandatum? Et quoad primū
18 † videtur facilè concedi non debere, nisi causa cognita, atque debitore ipso audito, nam regulariter quoties ex quolibet contractu pecunia postulatur sequestrationis
19 necessitas conquiescit, † oportet enim debitorem primo conuinci, & sic deindè ad solutionem pulsari, idque ne dum iuris actio, sed & ipsa etiam suadet æquitas, vt probationes secum afferat, debitoremq. conuincat pe-

cuniam

cuniam petiturus, non aûtéab exequutione incipiat, vt C. de prohibit. fequeftrat. l. vnica cum nemini temere
20 fit auferenda poffeffio, vt lit. penden. cap. 1. † Tu aûtem dicas, Iudicis arbitrio id remitti, vt perfonæ qualitate infpecta vtrumne fieri fequeftrum debeat, iudicet, qui fi fufpectum videat debitorem, eiufque bona mobilia, & fic de facili afportâda, eo tunc cafu fequeftrum concedat, donec, vel fatifdatio detur, vel finem lis accipiat. ff. qui fatifd. cogantur. l. fi fideiuffor nõ negetur in fi. Fallit enim d. l. vnica, dictumq. cap. 1. in cafu antedicto, ad quòd facit. C. de agric. & cenfit. l. litibus. lib. 11. Nàm fructuum quoquè defcriptio, rerumq. in domo exiften-
21 tium facilè concedi poteft, † nifi cum debitoris iniuria id contingeret, vt ff. de vent. in poff. mitt. l. 1. §. pen. & gl. in C. de prohibi. fequeftr. l. vnica, verf. fequeftrationis.
22 Sufpecta aûtem perfona, quæ dicatur, videbis quæ in auth. fcripfimus, vt iudic. fine quoque fuffrag. verf. fu-
23 giens. Ad fecundum videntur † multa debere concurrere, vt mandatum de capiendo expediri poffit. Primo, vt fe creditor liquidum debitorem, & in fumma certa probet. Secundo, quòd debitoris conditio poft cõtractum non fit deteriorata. Tertio, quod debitor immobilia non poffideat, vel fi poffideat fint ad debitum fufficientia. Quarto, quòd creditor iuret debitorem effe fufpectum de fuga, de quibus fufius loco citato per nos ipfos videbis. Pro nunc tamen ne illotis (vt fic dicam) manibus cum Iureconfulto in l. 1. ff. de orig. iur. audiât iudices, vt fugitiuum debitorem capere faciant, habito partis iuramento, quòd fit fufpectus, & quod debitum fit liquidum, & clarum, argum. d. l. 1. C. quando lic. vnica & d. l. fin. in fine, C. in quib. cau. in integr. reftitut.

24 † Multa enim conceduntur ne res pereat, quę aliter non
25 concederentur, vt toto tit. ff. de ferijs, atque † multa ex necessitate tollerantur, quæ alias prohibentur. ff. de off. præsid. l. Senatusconsulto. §. si quid tamen, & ff. de off.
26 Consul l. vnica, quia † necessitas non habet legem. ff. de excusat. tut. l. non solum. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Breuitas non obscura commendatur multum.*
2 *Pœnarum metus solet ad bonum ducere.*
3 *Senex plus iuuene timere debet, & quare.*
4 *Paulum timor ad fidem induxit.*
5 *Timor non est in charitate.*
6 *Charitate crescente, minuitur timor.*
7 *Petrum charitatem non habebat dum ter Christum abnegauit.*
8 *Petrus post peccatum fidelior factus est.*
9 *Petrus maiorem quare inuenerit gratiam, quam amisit.*
10 *Deus quare quem cuncta volebat Ecclesia præferre, ancillæ vocem pertimescere permisit.*
11 *Amoris gratuiti scintillam habens, nutriat eam, quia bonum signum est.*
12 *Maxillam si quis tuam percusserit, præbe ei, et alteram.*
13 *Andræas Sanctus orabat amicos ne suum impedirent mar-*

martyrium.

14 *Vindicare se ipsum homo quare non debeat.*

15 *IESVS dum in facie percussus fuit, quàm patienter id tulit.*

16 *Mortem alteri dare nostrum non est.*

17 *Iniuriam iustus patienter tollerans coronam cœlestem meretur.*

18 *Episcopo pro iniuria propria non licet alterum excommunicare.*

19 *Gæthorum Regis humanitas.*

20 *Marci Aurelij erga vitæ insidiatores animi magnitudo.*

21 *Alphonsi Regis erga fratris occisores benignitas.*

22 *Iniuriæ virum fortem probant.*

23 *Iniuriarum remedium potissimum est obliuio.*



Redericus huc vsque. Ex his igitur sup hac Constitutione discussis, atquè breuitate non
1 obscura digestis, † quæ multum commendatur, vt C. de appellat. l. ampliorẽ. §. 1. & C. de Precib. Imp. offer. l. fin. discãt homines alios iniurijs non afficere, iustũ Dei iudicium pœnamque per hanc Constitutionem impositam perti-
2 mentes, † solet enim quandoque pœnarum metus ad bonum ducere. ff. de iust. & iure. l. 1. & tanto maius timeat,
3 † qui senex est, vti morti propinquior. 86. distinct. cap. tanta, vt sic saltim, qui non virtutis amore, pœnæ

ſaltim formidine à ſuæ temeritatis audacia refrenetur
4 de præbend.in 6.cum qui. † Vidimus enim Paulum à timore ad fidem inductum, & quem maior timor compulit ad Charitatem, eius perfecta charitas miſit foras timorem.23.quæſt.6.cap.ſciſmatici. Tametſi longè melius, atque laudabilius foret, immo perfectius ſi id vir-
5 tutis amore ſolo contingeret. Nàm dicitur † timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quòd quidem Aug.in Pſalm.127.probat, inquiens. Cum per timorem gehendæ continet ſe homo à peccato, fit conſuetudo iuſtitiæ, & incipit, quod durum erat amari, excludiq́ue timorem à charitate. Sicut enim ſeta
6 introducit filum, ita timor introducit charitatem. † Creſcit charitas, minuitur timor, & èconuerſo, de pœniten.
7 diſt.2.cap.ſicut ſeta. † Hanc quidem charitatem nondū habebat Petrus, quando ob timorem dominum ter ne-
8 gauit.d.diſt.2.cap. qui vult facere, † ſed fidelior factus eſt, poſtquàm fidē perdidiſſe defleuit diſt.50. ca.fidelior
9 † atque ideò maiorem reperijt gratiam, quàm ammiſit, d.c.fidelior, fuitq́ue dignus Dei illa verba audire, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiā meā.
10 Vnde admirati quadam die, † Cur Deus omnipotens, quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillę vocem pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit, Gregorium reſpondentem inuenimus in Homelia Dominicæ Reſurrectionis, atque ob id, id factum eſſe dicentem, vt is, qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ in ſua culpa diſceret qualiter aliorum miſereri debuiſſet, atque ſua ex infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer alienas infirmitates tolleraret, diſt.50.cap.conſiderandum. Audiat, & notet iudex dum iniuriam taxat, & moderat. Fiantq́.

læti

læti,qui ob solam formidinis pœnæ rationem sinũt delinquere, si forsan quem exiguum Dei amorem habeãt, & seruent,quia bonũ futuræ perfectionis est signum,nã
11 ait Gregorius, † si sermo meus inuenerit aliquã in cordibus vestris scintillam gratuiti amoris Dei, ipsam nũtrite, vt de pœn.dist.2.cap.si sermo, & cap. fortè nata.

Sed quia vsque huc sanus scripsi, volui adhuc in lecto iacens infirmus,Commentario modũ statuere,proptereà omnibus cõsulo,vt hæc tàmquàm moriturus cordi perstringat.

12 † Si quis te percusserit in vnam maxillam,præbe ei,& alteram,etsi quis te mille passus angariauerit, vade cũ eo duo millia, Cum enim dicit Apost. (non vos defendentes charissimi,sed date locum iræ,) quid aliud prohibemur,quàm propriæ personæ iniuriam repellere.

Vnde legimus, Petro gladio magistrum defendente dixisse Christum, Conuerte gladium tuum in vaginam, an putas,quia non possum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi plusquàm duodecim legiones Angelorum?
13 Audiant,quid † Beatus Andræas fecerit, qui cum Populorum concursus fieret, vt de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & à mortis illum iniuria defenderent, ipse exemplo,& verbo pacientiam docẽs, rogabat eos, ne suum impedirent martyrium.Quid ex hoc monemur aliud,quàm sicut proprias, ita, & sociorum iniurias patienter tollerare,nec ad arma concurrere,sed eorũ exẽ-
14 plo ad similia ferenda animum præparare? † Ait enim Deus mihi vindictam,& ego retribuam. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non vos metipsos vindicantes,sed magis iniuriam accipite, & magis fraudem patimini 23.quæst.1.per totum.

Nec



Nec inquat nobilis, aut is, qui dignitate perfulget; si
se Christianum verum profiteatur, difficile esse iniuriã
15 non vindicare, † sed Dominum Iesum Christum, dum
in faciè percuteretur respondentem attendat. Si malè
dixi, exprobã de malo; si aùtem benè quid me cædis?
16 d.cau.& q.c.paratus, † nostrum namque non est mortẽ
arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere, & percu-
17 tienti colla submittere. 23.q.5.cap. non est nostrum, †
quia iustus patienter iniuriam tollerans coronam cele-
18 stem meretur. 11.q.3.cap. qui iustus. Hinc videmus † nõ
licere Episcopo pro iniuria propria alium excommuni-
care, vt 23.q.4.cap. inter quærelas.

Videmus præterea ne dũ sub Apost. militantes lege
id facere, sed etiam fecisse gentiles, eosq. qui naturalẽ
19 sequebãtur instinctum. † Getorum enim rex Promo-
chet Capso lisimaco aduersario statim dimisit odium,
20 iussitque secum dormire, & ædere. † Marcus Aurelius,
Auidio Cassio alijsq. quàm multis vitæ insidiatoribus
21 pepercit. † Laudatur propterea Alphonsus Regni huius
Rex, qui expugnata Neap. omnibus, & hijs præcipuè,
quos fratrẽ occidisse ferebatur pepercit. O magnũ for-
22 tis animi signum † nàm iniuriæ virũ fortẽ probãt. Sciãt
ergo gloriosius esse iniuriam tacendo fugere, quàm re-
spondendo superare, etsi quis remedium pro eo quęrat,
23 obliuione muniatur. † Iniuriarum enim remedium po-
tissimũ est obliuio. Ad laudẽ B.V.M. impositus sit fi-
nis huic Cõmentario, in quo si quid mali linguæ lubri-
co, aut lapsu Calami reperiatur, id totum reuoco, atq.
S. Matris Ecclesiæ iuditio submitto. Sin aùtem de iure
malè senserim, me rectius intellìgẽti subijcio. Ego Mu-
tius Recchus Patritius Neap. Teatæ die 18. Iulij 1607.


LAVS DEO.

AD COMMENTARIVM
super Constitutione

DE CONSIDERATIONE INIVRIAE.

INDEX

Rerum omnium, locuples, & fidelis.



Ap:

Corri-

libe-

E

G

H

L

INDEX.

Pa-

Persona

San-

S

Sta-

Laus Deo, eiusque Matri Mariæ Sanctissimæ, quæ pro me misero peccatore intercedat in Cælis. Amen.



Laus Deo, eiusque Matri Mariæ Sanctissimæ, quæ pro me misero peccatore intercedat in Cælis. Amen.



